Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0004-0

1193

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0006-1

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS

# JUSTITIAM MANDATI

SERENISS. ELECTOR. SAXON.

JOH. GEORGII III.

de dato Dippoldisſylvanæ d. 18. Febr. Anno 1691. exhibens,

Quam

EX DECRETO ET INDULTU

ILLUSTRIS JCtorum ORDINIS

IN

FLORENTISSIMA ACADEMIA WITTEBERGENSI

PRO LICENTIA

Capeſſendi in utroque jure ſummos honores & privilegia Doctoralia

ſub Moderamine

GODOFREDI SUEVII,

J. U. D. Facult. Jurid. Aſſeſſ. & Curiæ Elect. nec non Conſiſt. Eccleſ. ibid. Advoc. Ordin.

Publicæ Eruditorum Diſcuſſioni ſubjicit

JOHANNES CASPARUS Jung-Michel/

Palæo-Dreſd. Phil. M. & Jur. Pr.

In Auditorio Majori d. Dec. Anno M. DC. XCII.

Horis ante & poſt meridiem conſvetis.

DRESDÆ, Typis IMMANUELIS BERGENII.

25 26 1692, 24b mit Widmung 13. 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0007-6

Per-Reverendo, Illuſtriſſimis, Generoſiſſimis, Magnificis, Præ-Nobiliſſimis, Conſultiſſimis, Ampliſſimis atqve Excellentiſſimis

DOMINIS,

# DNN. PRÆSIDI & SENATORIBUS

in

Sereniſſimi atq; Potentiſſimi Electoris Saxoniæ

CONSILIO AULICO ac JUSTITIÆ,

Veris tàm Patriæ qvam Literarum Patribus ac Columnibus, Saxonici Cæli Sideribus, Divinæ Juſtitiæ Sacerdotibus, Innocentiæ Præſidibus, meritiſſimis, ſplendidisſimis, incomparabilibus & maxumis.

*Dominis ſuis Gratioſiſſimis,*

Patronis ac Mœcenatibus ad extremum vitæ halitum devotè venerandis & jugiter obſervandis.

Perennem felicitatem
Gloriæ immortalitatem
&
Qvæcunq; Hominum ac Magnatum Vota exoptare poſſunt, apprecatur
inſimulq;

*Inſubjectiſſimi & perennantis obſeqvii Arrham*

*Diſputationem hanc inauguralem*

devotiſſimè offert,

Ulteriorem ve gratiam ac Aſſiſtentiam ſupplex orat, & ut confidit exorat

AUTOR.

Poteſtatem, vi ſuperioritatis territorialis Leges Provinciales liberè ferre, qui Jure denegare auſit Principibus in territoriis ſuis, neminem novimus. Cui enim territorium competit propriè ſumtum, eidem quoq; competit jus territorio cohærens. *Chriſtoph. Beſold. Imp. & Imperial. Civit. n. 8. Myler. de Princip. & Stat. Imper. P. 2. c. 39.* Nam quamprimum Princeps aliquis de illo inveſtitur, vel aliâ ratione iſtud ſibi ſubjicit, omnia ſimul jura Regia fundatamq; intentionem cum omni ſuperioritatis jure accepiſſe exiſtimatur. *Alc. Reſp. 12. n. 11. l. 3. Valaſcus qu. 8. n. 21. de jur. emphyteut. Knichen. cap. 2. n. 3. de ſublim. & Reg. territ. jur.* Hoc etiam ex eo inferendum; quod Principes jurisdictionem omnimodam & perpetuam habeant. *Heig. 1. qu. 4. n. 61. Knichen. d. l. c. 1. n. 360. & ſeqq.* cujus ſequela legum condendarum poteſtas, *Gail. 2. obſ. 127. n. 8. Reuſn. 1. conſ. 3. n. 62.* Inde ejusmodi leges, licet juri communi contrariæ & inconſulto Imperatore latæ, *Peregr. de jur. Fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 81. Petr. Anton. de Petra de jur. quæſ. per Princip. non toll. c. 6. p. 2. n. 74.* tamen in cauſis ex illo loco provenientibus obſervantur, etiam in Camera. *Ordin. Cam. P. 1. tit. 13. §. 1. tit. 57. in pr. Ziegler. concl. pract. §.* Land-Saſſen *n. 125.* An autem rectè Edictis Prætorum comparantur? hic quæritur: Affirmativa placuit *Treutlero, Schneidew. Comm. ad §. 1. Inſt. de Obl. n. 27.* aliisq; pluribus apud *Suthold. de jurisdict. §. 405.* allegatis, ſed negativa verior eſt, vid. *Struuch. Diſſert. de Statut. à ſummo principe §. 6.* Latiſſima enim inter hæc & Principum Imperii Leges intercedit differentia. Prætor nudus erat Magiſtratus & temporalis, & quicquid agebat, & nomine & jure & loco alterius faciebat; Principes autem propriam habent poteſtatem & ſuo id agunt jure ac nomine; Quare omninò ratione illorum Territoriorum Civilis Juris, non Prætorii auctoritatem habebunt noſtrorum Principum placita. vid. *Heig. Comm. ad Inſt. §. 11. de Obl. n. 27. Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. Claſſ. 4. c. 16. n. 32.* Præcipue vero Electores, (qui vocantur: Decus Imperii, per quos cœpit & in quibus conſiſtit Imperetoriæ gloriæ celſitudo. *Sigismund. in Conſt. de jure & ſucceſſ. Elect. Palat. §. 1.* Columnæ & Latera Imperii; *Aur. Bull. c. ult. & c. 24.* Partes corporis Imperatorii. *A. B. d. l.* Palmites Imperiales, ſeptem can-

delabra lucentia in unitate Spiritus uniformis, quibus ſacrum illuminari debet Imperium. *A. B. princ.* Columnæ Proceres, qui ſacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant. *A. B. cap. 3. princ.* Oberſte und allernechſte Glieder des H. Reichs/ ꝛc. *vid.* Chur⸗Fürſten Urthel als König *Wenceslaus* abgeſetzet worden/ *apud Goldaſt.* in Reichs⸗Satzungen *p. 159. & tom. unic. Conſtit. Imper. pag. 830.* Beſondere Glieder des Reichs. In der Handlung Chur⸗ und Wahl⸗König *Carls apud Goldaſt. p. 97.* Oberſte Väter und Rathgeber der Teutſchen Nation apud *Hortleder. de cauſ. bell. germ. lib. 1. c. 97. pag. 292. n. 511.* Principes abſolutè & per Excellentiam *Gewold. de S. Imp. ſeptemvirat. c. 7. p. 125.*) hoc jure, nimirum leges ferendi, gaudent, non ſolum, quia cœteris Imperii Principibus multis paraſangis præcedunt, & licet Principum aliorum & dignitas magna, hæc vero tantò major auguſtiorq; eſt, quanto & Imperiali faſtigio propior ejusq; quaſi legitima & ordinata creatrix eſſe videtur. *Arum. diſc. 3. concl. 11.* ſed etiam Electoribus beneficium de non appellando datum eſt. *A. B. tit. 11. adjicientes expreſſe, &c.* Credidit enim Imperator, eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos eſſe pro ſapientia & luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus. *arg. l. unic. §. 1. ff. de off. Præf. prætor.* Porrò cum cœteris Principibus tantum poſſunt in territoriis ſuis, quantum Imperator in Imperio, ſi non plus aliquando vid. *Caſtrenſ. conſ. 34. n. 1. & 5. Natta Conſ. 554. n. 19. vol. 3.* quam locutionem eruditè examinat, *Lampad. de Conſt. Imper. germ. P. 3. c. 3. §. 19.* Ad hæc Regibus æquiparantur. *Arum. ad A. B. diſc. 4. concl. 11.* licet Reges non ſunt. Unde Seveciæ quondam Alexandro Guſtavo Adolpho non Majeſtatis ſed Dignitatis, Eurer Königlichen Würde/ attribuerunt titulum, Ratisbonæ Anno 1630. d. 13 Aug. quod ægre Rex quidem tulit, reſponſum tamen ei fuit: Ex more & uſu, quo etiam erga alios Reges uterentur, hoc factum fuiſſe. Imo quibusdam dilectionis tantum titulum Ew. Liebd. exhibere viſi ſunt. *Carpz. §. 16. de non app. & B. Lutherus* in Tiſch⸗Reden: Die Chur⸗Fürſten ſchreiben den Königen Ew. Liebd. und nicht Ew. Gnad. denn ſie ſind Königen gleich geachtet. Si enim Præfectum Prætorii Regibus comparavit *Theodoric. apud Caſſiod. lib. 6. c. 3. & Interpp.* communiter. Imo, ſi Cardinales Romani Pontificis, ob gradus amplitudinem Regibus æquiparantur. *Cardin. Palæot. de ſacri conſiſt. conſult. p. 5. qu. 1.* Cur non etiam Regalis prærogativa multo magis Ordini Electorum tribuenda. Fatendum quidem nomina & inſignia Regia ipſis deeſſe, ſed rem Eos nihilominus tenere. Idcirco Regibus

com-

comparantur, Reges tamen non ſunt. Comparatum enim comparato ſimile quidem, ſed idem non eſt, inquit *Arumn. d. l. diſc. 3. concl. 11.* Sanè Sereniſſimum ac Potentiſſimum Electorem Saxoniæ, tanquam Protectorem juris Saxonici, quando leges Univerſales promulgantur, proteſtando intervenire ſolere, ne juri Saxonico officiant, ex *Albini Hiſtoria Miſnica* annotarunt, *Petr. Heig. P. 1. qu. 4. n. 35. & Joh. Strauchius oballeg Diſſ. de Stat. à ſumm. Princ. th. 6.* Cujus proteſtationis ille eſt effectus, ut in Electoratu à priſtini juris obſervantia non debeat recedi; Illuſtre exemplum extat in Conſtitutione Maximiliani I. de ſucceſſione fratrum filiorum Patruo cum defuncti fratribus & ſororibus in ſtirpes, Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augſpurg *Anno 1500. tit. 17.* quæ confirmata à Carolo V. *Receſſ. Imp. Worm. Anno 1521. §.* Doch hat unſer Oheim/ꝛc. *Rec. Imper. Spir. Anno 1529. §. 31.* quæ quanquam in vim juris communis, cum clauſula derogatoria jurium contrariorum publicata, in foro Saxonico tamen non obſervatur, vid. *Carpz. Juriſpr. For. P. 3. Conſt. 18. def. 1.* quoniam Elector Saxoniæ proteſtatus eſt, quod juri Saxonico repugnet. *Conf. Beuſt. in l. admonendi n. 876. ff. de jurejur. Schneidew. ad Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. §. tertia* concluſio. Unde ſine ratione verendum eſſe credidit *Mynſing. Reſp. 36. n. 6.* ne causâ ad Cameram delatâ, ſententia contra fratrum liberos ex jure Saxonico lata, retractetur. Non enim Camera ſibi ſumet poteſtatem, negligendi proteſtationem Saxonicam, quam non neglexit Imperator Carolus V. ſed Receſſui inſeruit, & ita ipſo facto eam approbavit. Hinc eſt, quod tam præclaros etiam cultores atq; Interpretes jus Saxonicum jam pridem nactum. Equidem id negari non poteſt, in tanta rerum & interpretum remotioris temporis diverſitate, multa dubia Juris Saxonici fuiſſe orta, de quibus integra JCtorum Saxonicorum Collegia ſubinde diſſentiebant, ſed tollendo iſti diſſidio Conſtitutiones recentiores natæ ſunt, quas Auguſtus Elector, anno ſuperioris ſeculi ſeptuageſimo ſecundo promulgavit, & in corpore juris Saxonici reperire licet. Iſtæ, ſicut plurimas controverſias definiebant, ita, quibus non ſufficiebant penitùs novis deciſionibus ſupplere voluerat Sereniſſimus Elector, niſi morte fuiſſet præventus. Intereà latine Conſtitutiones illas vertit, & commentario nobili illuſtravit Daniel Mollerus: poſteà Matthias Berlichius ſecundum ordinem illarum Conſtitutionum, Concluſiones practicas, præclarum opus edidit, quem æquali propoſito ſecutus eſt Benedictus Carpzovius in Definitionibus forenſibus. Nec tamen ſic defuere diſſenſus Jure Conſultorum Lipſienſium tum inter ſe, tum à Wittebergenſibus, tum utrorumq; à Jenenſibus, quæ nova querendi cauſa fuit Stati-


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0011-9

bus Saxonicis, in Gravaminibus Anno 1653, & 1655. in Comitiis Provincialibus Johanni Georgio I. Deinde quocp anno 1657. Johanni Georgio II. filio, Divis Electoribus, expoſita; Hinc ſecutæ Deciſiones Electorales XCI. quæ tum ſeorſim, tum conjunctim, cum reliquis juris Saxonici Conſtitutionibus prodierunt. Volumine, cui titulus, Corpus Novum Saxonicum, in quas deinceps commentatus eſt Johannes Philippi. Imò, hactenus tàm in Comitiis Provincialibus quàm in conventibus particularibus, à Statibus denuò multa gravamina, de caſibus in foro Saxonico adhuc dubiis, mota ſunt, quæ etiam deciſa & illorum publicatio juxta promiſſionem clementiſſimam Sereniſſimi Electoris noſtri in Receſſu Comit. Land-Tags-Abſchiede currentis anni, mox ſperanda. Sed memor me non de Legislatione Electorum aliorumq; Principum, nec de jure Saxonico in univerſum, ſed tantum de Mandato Electorali de Dato Dippoldisſylvanæ d. 18. Febr. Anno 1691. agere, ad ipſam tractationem me accingo. Ante omnia autem Mandatum ipſum quomodo in Electoratu Saxonico & incorporatis Provinciis publicatum & in judiciis affixum eſt, inſerere, neceſſarium puto.

Von GOttes Gnaden / Wir Johann Georg der Dritte / Hertzog zu Sachſen / Jülich / Cleve und Berg / auch Engern und Weſtphalen / des Heil. Röm. Reichs Ertz-Marſchall und Chur-Fürſt / Landgraff in Thüringen / Marggraff zu Meiſſen / auch Ober- und Nieder-Lauſitz / Burggraff zu Magdeburg / Gefürſteter Graff zu Henneberg / Graff zu der Marck / Ravensberg und Barby / Herr zu Ravenſtein / ꝛc. Entbieten allen und jeden / Unſern Prælaten / Grafen / Herren / denen von der Ritterſchafft / Ober- Haupt- und Amptleuten / Schöſſern und Verwaltern / auch Bürgermeiſtern und Räthen in Städten / und ſonſten allen andern / ſo von uns mit Gerichten beliehen / und von welchen an Uns Appellationes ergehen / Unſern Gruß / Chur-Fürſtl. Gnade und geneigten Willen / und fügen Jhnen darbey zu wiſſen: Daß / ob zwar beydes in denen alten Landes- und Gerichts-Ordnungen / als auch inſonderheit in der von Unſern Hochgeehrten Hn. Vater / Chur-Fürſt **Johann Georgen dem Andern** / Glorwürdigſten Andenckens / Anno 1661. publicirten neuen Erledigung derer Landes-Gravaminum ſamt angefügten Deciſionibus; Jngleichen dem / unterm dato den 12. Auguſt. Anno 1670. darauff fernerweit ausgelaſſenen Appellation-Mandat allenthalben heilſamliche / ausführliche und deutliche Verſehung geſchehen / wie es ſo wohl beym Proceß in gemein / mit Stellung derer Supplicationen und Klage-Schrifften /

Aus-

Ausfertigung und inſinuation der Citationen / Einbringung derer Exceptionen / ſonderlich in Executiv-Sachen / Verſtattung der Dilationen / und was dem ſonſt mehr anhängig / als inſonderheit derer Advocaten und Procuratorn / wie auch der eingewandten Leuterungen und Appellationen wegen zu halten; Wir Uns auch gnädigſt verſehen hätten / es würden alle Unter-Richter / Partheyen / Advocaten / und ſämtliche Unterthanen / Unſers Chur-Fürſtenthums und darzu gehöriger Lande / ſich alſo in unterthänigſten Gehorſam darnach geachtet / und denenſelben gemäß bezeiget haben / So iſt Uns doch bald bey Antretung Unſerer von dem Allerhöchſten verliehenen Chur-Fürſtl. Regierung und nachgehends bey allen Landes-Verſammlungen / nicht ohne ſonderbahres Mißfallen vorkommen / wie hierunter von Einer getreuen Landſchafft vielerley und groſſe Beſchwerungen geführet worden / daß obangezogene Neue Erledigung der Landes-Gravaminum theils in vielen Stücken bißhero nicht zur obſervanz gebracht / theils aber derſelben wohl gar zuwider gehandelt werden wollen.

Wie wir nun Unſere Landes-Väterliche Sorgfalt jederzeit / gleich wie in andern Landes-Angelegenheiten / alſo auch hierinne ſonderlich dahin gerichtet ſeyn laſſen / damit allen dergleichen unfertigen Beginnen und Mißbräuchen möglichſt geſteuert und abgeholffen / obgedachte allgemeine Landes-Geſetze zu genauer Obſervanz gebracht / und die heilſame Juſtiz bey ihrem ſtarcken Lauffe unverbrüchlich erhalten werden möchte: Alſo haben Wir zu ſolchem Ende alſobald bey dem erſten ausgeſchriebenen Land-Tage / vermittelſt ergangenen Reſcripts / unterm dato den 21. Dec. Anno 1681. etzlichen Unſern Räthen / nebenſt gewiſſen Deputirten von der Ritterſchafft und Städten hierunter Commiſſion auffgetragen / und Ihnen ſeithero zu wiederholten mahlen in Gnaden anbefohlen / daß Sie dieſes wichtige Werck gnau und mit gebührenden Fleiſſe unterſuchen / und / wie ſo wohl denen angegebenen Mängeln und eingeriſſenen ſchädlichen Mißbräuchen abzuhelffen / als auch die noch übrigen Gravamina und zweifelhafften Rechts-Fälle gebührend zu erörtern / Uns ihr gegründetes Gutachten gehorſamſt erſtatten ſolten / Wir hätten auch verhoffet / es würde auff ein und andere gepflogene Deliberation das Werck gehoben werden können; Nachdem aber ermeldte Commiſſarii in Unterthänigkeit angezeiget / was vor viele Hinderniſſe ſich in Weg geleget / daß ſeithero darzu nicht zu gelangen geweſen / und die bey jetzigen Ausſchuß-Tage gegenwärtige Landſchafft ſelbſt befunden / daß hierzu mehrere Zeit / weitere Unterſuchung / und eine abſonderliche Zuſammenkunfft erfordert werde / darbey

aber zugleich unterthänigſt angeſuchet / damit nur bey ihrer Anweſenheit ein Anfang hierzu gemachet / und denen jenigen Gebrechen / ſo auff ſchleuniger expedition beruhen / immittelſt durch ein Mandat abgeholffen werden möchte / Als haben Wir denen Commiſſarien dieſem alſo nachzukommen / gnädigſte Andeutung thun laſſen; Und nachdem Sie ſolches alles in gehörige Deliberation gezogen / auch Uns hierüber ihr unterthänigſtes Gutachten gehorſamſt erſtattet / hierauff der Nothdurfft befunden / inzwiſchen und biß zu künfftiger Haupt-Reſolution, vermittelſt gegenwärtigen Mandats in nachgeſetzten Puncten / unſern gnädigſten Willen zu eröffnen / vorige Ordnungen folgender maſſen zu erklären / und ſolches hierdurch zu jedermans Wiſſenſchafft zu bringen.

1. Und zwar wollen Wir anfänglich hiermit und in Krafft dieſes / aus obhabender Chur- und Landes-Fürſtlicher hoher Macht und Gewalt / alle und jede Obrigkeiten und Unter-Richter ins gemein dahin anweiſen und ermahnen / daß dieſelben ins künfftige / und ſo ferne es etwa bißhero nicht geſchehen / denen publicirten allgemeinen Landes-Geſetzen ſonderlich aber der Neuen Erledigung / und andern Mandaten / nach allen deren Puncten / Inhalt und Meynung / unverendert nachgehen / und darwieder in keinerley Wege handeln / noch ſolche zurücke ſetzen ſollen / mit der nachdrücklichen Verwarnung / daß / daferne ein oder der andere dem alſo nicht gebührend nachkommen würde / der oder dieſelben mit ernſter Straffe angeſehen werden ſollen.

2. Hiernechſt aber / und vors andere ſollen inſonderheit jeden Orts Gerichts-Herren dahin bedacht ſeyn / wie Sie die ihnen anvertrauten Gerichte nicht allein mit gnugſam geſchickten und gelehrten / ſondern auch zugleich redlichen und gewiſſenhafften Perſonen beſtellen / welche weder um ihres Eigen-Nutzes und ſchändlichen Gewinſts willen die Partheyen in weitläufftige Proceſſe zu verwickeln / oder aber das Armuth auszuſaugen ſuchen / noch ſonſten / ihren geleiſteten Pflichten zu wieder handeln möchten / damit auff ein oder andern verſpürten wiedrigen Fall Wir obliegenden hohen Obrigkeitlichen Amts wegen / hierinne nicht ein ernſtliches Einſehen zu haben / oder nach Befinden wohl gar / wegen Beſtellung der Gerichte ſelbſt Verfügung zu treffen / veranlaſſet werden dürfften.

3. Was / vors Dritte / die Einwendung derer Exceptionen wider klare Briefe und Siegel in Executiv-Proceſſen betrifft / da iſt gleichfalls in der Neuen Erledigung von Juſtit. Sachen / §. 3. dißfalls deutliche Verſehung verhanden / wie es hierinne zu halten / welchen denn alle und jede

Unter-

Unter-Richter nicht allein alſo ferner gehorſamlich nachzukommen/ ſondern auch hierüber/ wenn gleich der Parth darum nicht anſuchte/ nichts deſto weniger ex officio alsbald in der erſten Citation die Einſchickung der Exceptionen anzuordnen/ gehalten ſeyn ſollen.

4. Jngleichen werden vors vierdte/ inſonderheit alle und jede Richter hiermit dahin beſchieden/ dem jenigen/ was in der Neuen Erledigung von Juſtit. Sachen §. 17. wegen derer Exceptionen/ Legitimationis, Gvarandæ, nec non Satisdationis pro reconventione & expenſis enthalten/ vorgeſchriebener maſſen allenthalben ſchuldigſt und unausgeſetzet nachzugehen.

5. Und wiewohl zum Fünfften in der Neuen Erledigung §. 21. wegen derer Dilationen/ gleichfalls gemeſſene Verordnung zu befinden/ daß über die in Rechten nachgelaſſene Erſte/ die Andere oder Dritte Friſt nicht verſtattet werden ſolle/ es könte denn der Parth ein zu Recht erhebliches Impediment anführen/ und in continenti beſcheinigen; So hat doch die bißherige Erfahrung bezeuget/ daß ſolches nicht gebührend beobachtet/ ſondern denen Partheyen vielfältig nachgeſehen/ und dardurch merckliche Verſchleiffung der Proceſſe verurſachet worden; Dahero denn alle und jede Richter auch in dieſen Punct obangezogene Neue Erledigung gebührend zu beobachten/ nachdrücklich hierdurch angewieſen werden.

6. Dieweil auch/ vors Sechſte/ bißhero wegen Inſinuation derer Citationen zum öfftern Zweiffel erreget worden; Als wollen Wir dieſen Punct hiermit dahin erklären/ daß nehmlich/ ſo viel die in Unſerm Chur-Fürſtenthum und Landen angeſeſſene/ oder auch nur wohnhaffte Perſonen anbetrifft/ die Citationes jedesmahl nicht mehr/ wie bißher zum öfftern beſchehen/ denen Advocaten/ Procuratoren/ und der Weiber Curatoren oder dergleichen/ ſondern allein denen Principalen/ Mann- oder Weiblichen Geſchlechts ſelbſt oder ad domum, Jngleichen bey Unmündigen/ blöden und andern ſolchen Perſonen/ deren Vormunden/ oder in ihre Behauſung/ auch wenn die Sache einen Stadt-Rath concerniret/ dem regierenden Bürgermeiſter/ oder in die Raths-Stube/ und bey Communen und Bürgerſchafften/ endlich/ wie nicht weniger auff denen Dörffern/ denen reſpectivè Viertelsmeiſtern/ Ober-Eltiſten/ Richtern/ Heimbürgen/ oder wie ſie ſonſt genennet werden/ zu inſinuiren; Was aber Fremde in auswärtigen und theils weit entlegenen Provinzien und Territoriis ſich auffhaltende/ und in Unſern Landen nichts eigenthümliches beſitzende Partheyen/ anbelanget/ da laſſen Wir es/ zu Vorkommung aller pro-

traction und Auffhaltung der Proceſſe, bey bißherigen Modo und Obſervanz dergeſtalt bewenden / daß / wenn dieſelben gleich Anfangs bey erhobener Klage oder intervention, oder da ſie der Beklagten Stelle vertreten/ nach erhaltenen Erſten ſubſidiariſchen Citation, ihre Procuratores und reſpectivè Curator- und Tutor-Actores in loco Judicii mit Ertheilung zulänglicher und auff alle ſpecial actus eingerichteten Vollmacht / geſtellet/ inmaſſen ſie ſolches denn zu thun ſchuldig ſeyn ſollen / bemeldten ihren conſtituirten Gevollmächtigten folgends bey allen andern Terminen die Inſinuation der Citationen zu Recht beſtändiger Weiſe ſoll geſchehen können. Wornach ſich alle und jede Gerichts-Herren alſo ins künfftige zu achten haben.

7. So viel zum Siebenden / die Abſtellung derer bey denen Appellationen eingeriſſenen vielfältigen Mißbräuche anlanget/ haben Wir zwar die ins Mittel gebrachten unterſchiedlichen Vorſchläge reifflich erwogen / aber ſolche allerſeits vor zulänglich nicht befunden / Dahero Wir es denn hierinne nochmahln bey dem Anno 1670. ausgegangenen Mandat allerdings bewenden laſſen / auch alle Unter-Richter dahin bedeuten/ daß Sie Krafft deſſelben ohne Unterſcheid in allen / ſo wohl Inquiſition- als Civil- und Policey-auch Innungs-Sachen auff die eingewandten Appellationes jederzeit ihre unterthänigſte Berichte/ nebenſt Einſendung der vollſtändigen Acten / bey Vermeidung der in obangezogenen Mandat geſetzten Straffe / zu erſtatten / gehalten ſeyn ſollen; Worbey Wir Uns doch hiermit dahin gnädigſt erkläret haben wollen / zu deſto ehender Abhelffung derer nichtigen und unerheblichen Appellationen bey Unſerer Landes-Regierung die Verfügung zu treffen / daß in gewiſſen Sachen / wenn nehmlich Appellationes ab Inquiſitione, Inhibitionibus, ſo von Ober- und Hoff-Gerichten in ſummariſſimo poſſeſſorio ertheilet werden / à ſimplici Citatione, Monitorio, Item à publicatione Reſcripti vel ſententiæ facienda, oder ſonſten à futuro gravamine, Ingleichen in Policey- und Diſciplin-Sachen / auch wegen exaction der Contribution und anderer Obrigkeitlichen Gefälle / Nicht weniger ab actibus Executionum, und in Cambiis eingewendet werden / alsbald / und ohne vorher gehende Communication, zur reſolution der eingelangten Berichte geſchritten / und bey rejection der Appellation dem Appellanten und deſſen Advocato Zehen Thaler Straffe/ jeden zur Helffte dictiret / auch ſolche bey reiterirung dergleichen Mißbrauchs gleichfalls wiederholet werden ſolle / woferne ſich nicht etwa eine erhebliche Urſache befinden würde / warum dieſelben damit zu verſchonen.

8. Ob

8. Ob auch wohl / zum Achten / derer Advocaten und Procuratoren halber in offt angezogener Neuen Erledigung von Juſtit. Sachen § 33. & 34. allbereit gemeſſene und klare Verordnung verhanden; So haben Wir doch / wegen vieler angeführter erheblichen Urſachen Uns dieſer wohlbedächtigen Reſolution hierdurch zu entſchlüſſen / gemüßiget befunden / daß auſſer denen graduirten Perſonen hinfüro keiner weiter ad praxin zugelaſſen werden ſolle / wenn er gleich des advocirens ſich bißhero gebrauchet / daferne er nicht zuförderſt von einer Juriſten Facultät Unſerer Lande ſich collegialiter examiniren / ſeiner Geſchickligkeit wegen ein beglaubt Zeugnis erlangen / und ſolches bey Unſerer Landes-Regierung binnen einer Friſt von Vier Monaten / von Zeit der publication dieſes Unſers Mandats an produciren / auch ſo dann ſich allda immatriculiren / zur Juſtiz nach einer gewiſſen zu ſolchem Ende gefertigten Notul vereyden laſſen / und darauff ferner gnädigſten Befehl ſeiner admiſſion halber ausbringen würde; Jedoch wollen Wir Unſern zur Landes-Regierung verordneten Cantzler und Räthen gnädigſt anheim geben / wenn alte und erfahrne Practici, ſo ihrer erudition und geführter unſträfflicher und gewiſſenhaffter praxis halber bekandt / um remiſſion der examination anhalten ſolten / ſolche ihnen / doch daß die Vereydung und immatriculation anhalten ſolten / ſolche ihnen / doch daß die Vereydung und immatriculation nichts deſto weniger ergienge / befundenen Umſtänden nach / zu verſtatten.

9. So viel ſchlüßlich / und zum Neundten die Unterſchrifft derer Advocaten und Concipienten betrifft / hat es zwar regulariter bey der in der Neuen Erledigung §. 35. enthaltenen Verordnung allenthalben ſein Bewenden: Jedoch haben Wir dieſe Declaration hierinnen anzufügen der Erhebligkeit erachtet / daß / wenn entweder die Supplicanten die Vermuthung vor ſich haben / daß ſie ihre Schrifften ſelbſt verfaſſen können / Ingleichen wenn ſolche von weit entlegenen Orten einlauffen / oder daferne etwa periculum in mora und keine Anzügligkeiten / noch ſonſten etwas bedenckliches darinne enthalten / die einkommenden Supplicationes und andere Schrifften nicht alſo ohne Unterſcheid zu verwerffen / ſondern ſolches dem arbitrio Judicis zu überlaſſen ſey.

Wie nun alle und jede hieraus Unſere gnädigſte Intention, und daß Wir über denen publicirten Landes-Geſetzen feſtiglich zu halten / ernſtlich gemeinet / gehorſamſt erkennen / auch ſich alſo darnach in Unterthänigkeit verhalten werden; Alſo vollbringen ſie hieran Unſere zuverläßige Meynung / und Wir verbleiben ihnen mit Churfl. Gnaden wohl zugethan.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0017-2

Zu Uhrkund haben Wir Uns eigenhändig unterſchrieben / und Unſer Cantzley-Secret vorzudrucken befohlen / So geſchehen und gegeben zu Dippoldiswalda am 18. Febr. Anno 1691.

**Johann George Chur-Fürſt.**

Aggreſſurus præcedentis Mandati enodationem, parum ſollicitus ero de incunabulis variisq; ſignificationibus Vocabulorum, intentioni meæ parum aut nihil profutura. Res enim eſt, ſi non otioſæ prorſus quæſtionis & proletaria, judicio *Dn. D. Eckolt ad ff. tit. de A. R. D. §. 1.* Criticorum tamen & Grammaticorum pulpitis, quam JCtorum cathedris dignior. *Dn. Carpz. in Diſſertat. de jure braxand. cap. 1. §. 11 in fin.* ſed omnia quæ forſitan circa Etymologiam, Homonymiam, Synonymiam occurrunt, Grammatticis ad accuratius examinandum transmitto, meq; ad definitionem ipſam converto. Verùm cum me non fugiat, omnem definitionem in jure periculoſam eſſe; Ut parum abſit, quin ſubverti poſſit, *l. 202. de R. J.* ideoq; hujus Mandati ſenſum vulgatum in præſenti quoq; retineo, ſicq; non definitionem perfectam, vel talem, quæ ἀκρίβειαν ſapiat Philoſophicam, promitto, ſed tantum deſcriptionem, quæ magis uſui & inſtituto noſtro inſervit, quàm Philoſophorum præcepta reſpicit, propono, quæ ita concipi poſſe videtur.

**Quod ſit Mandatum, ab Electore Saxoniæ legitimè conſtitutum & promulgatum, quo in genere omnes ſubditi in ſpecie autem Judices & Advocati monentur, quid ipſos juxta Leges & Conſtitutiones Provinciales facere oporteat.**

Dividitur in Proemium & Textum ipſum qui in novem paragraphis conſiſtit, In proemio occurrit Perſona mandans, & Perſonæ quibus mandatur. Perſona mandans eſt Sereniſſimus atq; Potentiſſimus Dominus, Dominus Johannes Georgius III. Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium ut & Angriæ ac Weſtphaliæ, S. R. I. Archi-Marſchallus & Elector, &c. beatiſſimæ ac glorioſiſſimæ Memoriæ; Qui Anno præterito d. 12. Septembris maximo cum luctu totius Imperii & Provinciarum Saxonicarum morte præmatura proh dolor! abreptus. Cujus Epitaphio hoc merito adjici debet: *Non ſolum armis decoratum ſed & legibus armatum Optimum Germaniæ Principem fuiſſe.*

Perſonæ quibus mandatur ſunt tam Proceres quam ſubditi inferioris Status Electoratus Saxoniæ, & tam ~~in~~ judicantes quam litigantes.

Cauſæ impulſivæ, ut Sereniſſimus Elector hoc mandatum ferret ſequentes fuerunt, 1.) *Querelæ Statuum in omnibus Comitiis Pro-*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0018-7

*vincialibus tam univerſalibus quam particularibus motæ.* Hi enim cum animadverterent, in minorum Oppidorum & communitatum foris ſusq; deq; haberi à judicibus tam veteres quam novæ Conſtitutiones ac Leges, Indeq; nihil aliud ſequi poſſe quam Provinciarum ac publicæ diſciplinæ diſſolutionem & maximam confuſionem, Sereniſſimo Electori in Comitiis Univerſalibus Anno 1681. & 1687. ut & in Conventibus particularibus ſubmiſsè retulerunt atq; rogarunt, velit hos judiciorum defectus & confuſiones emendare, abdicatisve atq; reſectis abuſibus ſtatum judiciorum ad meliorem vigorem juxta tenorem *Reſol. Nov.* reducere. Petitis hiſce locum dans Sereniſſimus Elector vigore *Reſcripti de dato 21. Decembr. Anno 1681.* nonnullos conſiliarios ſolida jurium ſcientia præditos ut & Deputatos Equeſtris & Civitatum Ordinis convocavit, omnia gravamina & dubia exactè perpendere & quomodo decidenda, aliqua remedia excogitare, ut autem abuſus aliqualiter à judiciis averterentur hoc Mandatum in anteceſſum promulgari ac typis mandari curavit.

*II. Maxima neceſſitas.* Nam in ipſa etiam tribunalia, quæ malitiam compeſcere debebant, humana proh dolor! malitia deſcendit ita, ut cum Propertio dicendum.

*Undiq; deſertis ceſſant ſacraria lucis,*
*Aurum omnes victa jam pietate colunt;*
*Auro pulſa fides, auro venalia jura*
*Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.*

*III. Litium multitudo;* ad quas è Republica eliminandas nunquam non prudentiſſimi quiq; ejus Gubernatores operam navarunt maximam, gnari infinita hæc ſecum ferre incommoda, quæ ſcire cupientem Mediolanum ablegat *Carpzov. P. 1. C. 1. def. 9.* ubi Prætorio hæc verba dicuntur inſcripta: *In controverſiis cauſarum capitales inimicitiæ oriuntur, fit amiſſio expenſarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhoneſta crimina inde ſeqvuntur, bona & utilia opera poſtponuntur, & qui ſæpe credunt obtinere, frequenter ſuccumbunt, ac ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis nihil acquirunt.* vid. Chytræus in delit. itin. p. 244. Sat profecto malorum uno intuitu hic exhibetur, quorum quidem medela ſeriò optanda, vix vero ſperanda. Cum vero nulla res eſt, quæ concordiam & Civium inter ſe conſenſum magis turbet, remq; publicam infeſtet, quam litium multitudo atq; frequentia, danda opera eſt, ut earum luxurioſa ſeges præcidatur non tantum, ſed &, ſi qua forte orta, tempeſtivè



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0019-7

ac in herba quaſi ſupprimantur vel prorſus evellatur. Hinc Spartani haud minus ſcitè quam vere dixerunt: Non firmitate murorum lateritiorum aut ſepimentorum ligneorum invictam cenſendam Civitatem, ſed virtute Civium Concordium, qua nullum firmius munimentum, *Liber acephalus*, cujus titulus eſt; *Inſtitutio viri privati, & publici & Aulici Part. 6. concl. 1.*

*IV. Malitioſæ Advocatorum tergiverſationes*; dum unus alterum tædioſis ambagibus & protelationibus fatigare & velut conſumere ſtudet, ut haud rarò hodie lites inter homines mortales, immortales quandoq; evadant, vel vivaces Cornicularum & Cervorum ætates longè ſuperent. *Ziegler. Dicaſt. Concluſ. 22.* ceu *Berlich. P. 1. concl. 9. n. 39.* caſum habet, quo poſt triginta & quod excedit annos, cauſa ad Apoſtolicæ ſedis examen per Appellationem perlata & nondum L. C. fuit facta; Unde ſatis æſtimari poteſt, quousq; exceptiones peremptoriæ ſint duraturæ etiam in prima Inſtantia, *Zaunſchleiffer, in Milite togato p. 43.* Provoco etiam ad quotidianam experientiam, & graphice hac de re *Barclaj. in Argen. l. 3. c. 16.* conqueritur; *Sæpe itur*, inquit, *ad judices, cauſa narratur, aliquot anni abeunt, nec tum Litis conteſtatio audita eſt. Judicibus hîc non vacat, hîc omiſſo, quod litem facit, negotio; hærent Patroni in cauſis minoribus, quæ nunc ſponte, nunc eorum ſtudio naſcuntur è primâ.*

*V. Temporis & ſumptuum amiſſio.* Nam quod primum membrum attinet; nullum homini majus impedimentum ad rectum rerum agendarum curſum abrumpendum afferri poteſt, quam lites & contentiones forenſes. Siquidem tum litigantes, tum eorum Patroni fere ſemper occupati ſunt notando accuſationes, notando terminos ad probandum, negando petitionem, recipiendo probationem, examinando teſtimonia, probando poſſeſſionem, ſignando relationes, citando partes, fabricando Proceſſus, allegando judicem ſuſpectum, appellando à ſententia. Quo ad alterum notum eſt, ſumptus immenſos requirere lites. Sive enim quis juſtam cauſam foveat, ſive injuſtam, nihilominus ſine ſumptibus litigare non poteſt; Et hæc eſt prima, media & ultima litigantium cautio de expenſis, Judicibus, Advocatis, ſcribis ſolvendis & inſumendis. *Auth. offeratur C. de litis conteſt.* pro quibus interdum ne quidem obulus refunditur.

Cum itaq; Proceſſus noſtri ſeculi Scyllæ aut charybdis voracitatem habeant, *Vent. de Valent. l. 1. c. 15. n. 6.* non mirum eſt homines inde pauperes effici. Nam:

*Litiget, ædificet qui vult citò pauper haberi.*

Imo totæ ſæpius familiæ per Proceſſus ad incitas & interitum redactæ ſunt.

Was

Was ſind die Rechtfertigungen anders / als Würmer und Ratzen / die gantze Häuſer und Geſchlechter untergraben / nagen / plagen / und mehrmahl zu Grunde richten. Harsdörffer in Schauplatz Luſt- und Lehr-reicher Geſchichte / *c. 33. n. 1.*

*VI. Diſſidia, Odia atque Inimicitiæ, quæ ex litibus ſæpiſſimè ortæ ſunt. L. ſervus 20. in f. ff. de* ... Hinc Germanorum Proverbium: Das Recht ſcheidet wohl / aber es freundet nicht. Quisquis igitur lites movet camarinam movet, hoc eſt, ſibi ipſi inimicitias accerſit, Quemadmodum enim Camarinæ fruticis rami commoti & concuſſi tetrum quendam odorem edunt, ut notant *Steph. & Svidas:* ſic ex litibus, quo magis agitantur, eò majores inimicitiæ, odium capitale & ſæpe cædes naſcuntur, *Tholoſ. lib. 28. Syntag. c. 3. n. 3.* neq; finitis litibus inimicitiæ finiuntur, ſed durant usq; ad mortem. Conf. *Vent. de Valent. lib. 1. c. 4. n. 32. Rittershuſ. Comment. Inſt. tit. de pœn. tem. litig. in pr.*

*VII. Reipublicæ Utilitas* Intereſt enim Reipublicæ quam maximè lites motas minui, & quoad fieri poteſt, citò conſopiri, concordiamq; reduci. *Keller. de off. Jurid. Pol. lib. 2. cap. 7. p. 322.* Winther *in Parthen. litig. lib. 2. c. 4. n. 19.* Nam quanquam primo ac per ſe privatorum rem concernere videantur, per conſequentiam tamen & publicè uti dixi intereſt, lites finiri, *arg. l. properandum 13. C. de jud. l. fratris 16. C. de transact.* Veriſimile enim eſt omnem Civitatem tunc florere, quando privatorum res florent, & contra magnis tempeſtatibus agitari, cum res unius cujusq; privati ſe malè habet. vid. *meus Advoc. Sax. jus:* Hæ cauſæ hactenus adductæ tam expreſsè quam tacite in præſenti Mandato, vel etiam in *alleg. Reſol. Gravam. & Deciſ. nov. ut & Mandato Appell.* continentur.

*IIX. Cura Principis.* Nam boni Principis officium conſiſtit potiſſimum in cura ſeculari ſeu rerum Civilium, ut optimis legibus à ſe promulgatis ac compoſitis Cives & Subditi regantur. *Receſſ. Imp. Ratisbon. de Anno 1654. §. 7. Ordin. Appell. Chriſtian. II. Elect. Sax. de Anno 1607. in præf.* Nachdem wir uns / ꝛc. *Add. mandat. in verb.* Wie wir nun unſere Landes-Väterliche Sorgfalt / ꝛc. quæ cura etiam inter alias præcipue eſſe debet, lites minuere, finire & tollere, *arg. l. properandum 13. C. de judic. ibi Dn. Brunnem.* item à ſubditis ſcandala removere & pacem atque tranquillitatem conſervare, cum in quiete ſubditorum quieſcat Princeps & in pace foveatur. *c. 1. de off. Leg. in 6to Tuſchius lit. P. concl. 679.* Hinc recte Ludovicus Sanctus Rex Galliæ frequenter habuit in ore locum illum *Pſ. 106.* Beati qui

faci-

faciunt judicium & juſtitiam in omni tempore. Nam Princeps dicitur Debitor juſtitiæ, *c. ex tenore 11. X. de for. compet.* Quod debitum, ſi non fuerit ſolutum in adminiſtratâ juſtitiâ, facit regnum vacare ſuo regimine, *Knich. in Comment. jur. Sax. verb. jus.*

Scopus ergo principalis & Cauſa Finalis ad quam hoc mandatum tendit, poſt gloriam DEI, quæ meritò omnium actionum noſtrarum ſcopus primarius eſſe debet, conſiſtit in ſequentibus. *I.) Ut obſerventur Leges Provinciales*; & hoc patet *ex verbis*: **Obgedachte allgemeine Landes-Geſätze zu genauer** Obſervanz **gebracht** / *& in fin.* **Daß wir über denen publicirten Landes-Geſetzen feſtiglich zu halten / ernſtlich gemeinet.** Leges enim ut oculi Reipublicæ ſunt. *Nov. Leon. 19.* inq; ejus utilitatem & conſervationem magno ſtudio atq; lucubratione ſancitæ, ita quoque ſanctè cuſtodiendæ, in cauſarum deciſionibus exactè obſervandæ, *pr. I. de off. jud. l. ſi expreſſim 19. de appell.* nullatenus verò larvata æquitatis imagine offendendæ ſunt. *Tabor Barboſa locupl. lib. 1. cap. 39. ax. 2.* Ideo ut antea dictum Principis combinata cura ſit, ut & armis decoratam & legibus armatam habeat rempubl. *pr. proem. Inſt.* & hanc viam etiam noſter Sereniſſimus Elector Saxo, beatiſſimæ memoriæ, annuente DEO, perfecit ſummis vigiliis, ſummaq; providentiâ; Unde Cives & ſubditi legibus ab eo promulgatis reguntur. Non ineptè hic loci breviſſimis interſerenda ac tractanda eſt hæc quæſtio; *An arma legibus, an vero leges armis ſint præferendæ?* Sicq; per conſequentiam *An togati milites ſagatis militibus, An vero hi illis cedere debeant.* Sunt quidem nonnulli, qui, præprimis noſtris hiſce temporibus ſtatuunt; Virtutem militarem præſtantiorem eſſe togatâ, inter quos etiam fuit *Lipſius lib. Pol. 5. c. 2.* de prudentia militari præclarè diſputans, eam Principi usq; adeò neceſſariam eſſe, ſtatuit, ut ſine ea vix Princeps eſſe poſſit, proindeq; virtutem bellicam multò excellentiorem virtute togatâ cenſere videtur. *Keckermannus lib. pol. 1. c. 29. p. 444.* diſtingvendum putat inter id, quod ſua naturâ eſt præſtantius, & id quod per accidens, propter circumſtantiam certam temporum ſcil. & incidentem aliquam neceſſitatem eſt eligibilius, hoc modo concedit bellum ac virtutem bellicam eſſe præſtantiorem & eligibiliorem pace ac virtutibus togatis, i. e. non quidem in ſe & ſua natura ſed per accidens ſeu propter incidentem neceſſitatem & circumſtantiam temporis, quâ interveniente Reipublicæ ſalus poſtulat, ut bellum geratur, Virtutem togatam verò prout ipſam pacem per naturam bello, ita quoq; bellicis virtutibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0022-0

tibus eſſe perfectiorem contendit: Siquidem propter pacem tanquam finem præſtantiorem conſequendam, bellum ſuſcipiatur. Sed mihi placet opinio *M. Tull. Cic. lib. 1. de offic.* qui, horum ſententiam corrigendo, virtutem togatam militari non poſtponendam pluribus probat: Sed cum pleriq; inquit, arbitrentur res bellicas majores eſſe quàm urbanas, minuenda eſt hæc opinio, indeq; ſubjungit; Verè autem ſi volumus judicare, multæ res extiterunt urbanæ majores clarioresq; quam bellicæ, &c. Imò arma togæ ſemper ceſſere ſuo aliorumq; exemplis deducit ſibiq; gratulatur, quod ab invidis & improbis ſæpius ſe invadi ſolere audiverit.

*Cedant Arma togæ, concedat Laurea linguæ.*

Accedit, quod Virtutis togatæ Cultores non minus quam illi pro Republica militare videantur, quod & Imperatoribus noſtris Romanis placuiſſe, colligimus, quia comparationem inter juris peritos ac milites ſemper inſtituunt, ac illos quoq; privilegiis atq; immunitatibus ob virtutes conſimiles dignos judicant, pari enim ratione (quemadmodum Leo & Antonius Imperatores *in l. 14. C. de advoc. div. jud.* eleganter reſcripſerunt) ac illi militare dicuntur qui Rempublicam gladiis Clipeis & thoracibus nixi tuentur, hoſtem à finibus arcent, occupata recuperant limites imperii profligatis hoſtibus augent, atq; extendunt. Ita & jureperiti glorioſæ vocis munimine laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt, ambigua cauſarum fata dirimunt, defenſionis ſuæ viribus in rebus ſæpe publicis & privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, adeoq; non minus provident humano generi, quàm ſi præliis atq; vulneribus patriam parentesq; ſalvarent. Itaq; duplicem utilitatem & commodum Reipublicæ afferunt, nempe illam legitime gubernando & in illa militando. *Froſſ. lib. 1. c. 132.* Hoc etiam cauſa fuit, ut à laudatiſſimis Imperatoribus ac Principibus tam Germanis quam Romanis ſummo honore non minus quam milites ſemper digni judicati ſint, ſicuti teſtantur facta Veſpaſiani, qui artes liberales ita fovit, ut nunquam literatos à ſuo latere diſcedere voluerit: *Svet. in Vit. T. Fl. Veſp. cap. 18.* M. Antonius, literatos ſingulari clementia perſecutum eſſe, iisq; honores atq; Provincias decreviſſe, Carolus M. eruditionis & doctrinæ nomine viros claros in aulam ſuam receptos ſummo in honore habuiſſe, ac præ cœteris militibus ſc. præmiis ornaviſſe, & Sigismundus Imperator ampliſſimis dignitatibus literatos honeſtaſſe fertur, quod & hodiernorum Imperatorum literatis collata teſtantur Privilegia, *vid. Reform.* Ordnung zu Augſpurg *de Anno 1530. & Receſſ. Imp. tit.* von Docterlichen Würden und Freyheiten. Quod etiam cognovit Divus Mauritius Haſſiæ Landgravius in ſua Conſtitutione de Ratione & or-



dine

dine informationis, &c. ita inquiens: *Extra controverſiam omnem & dubium eſt, apud omnes recta intelligentia & ſano judicio præditos, ſine piis, probè eruditis, peritisq; viris neq; ſacrum miniſterium, neq; politicum ſtatum conſervari poſſe, &c.* Eruditosq; ac literatos nervum artumque gubernationis & ornamentum vitæ civilis appellat. Imò ad ipſam rem militarem benè gerendam literatos requiri, magnoque honore ac poteſtate in ipſis caſtris dignos haberi colligere licet ex *Jure milit. Guſtav. Adolphi glorioſæ memoriæ Sveciæ Regis Part. 1. tit. 3.* Cujus ſumma eo redit; In Republica benè conſtituta ita virtuti togatæ ſemper opera danda, ne militaris negligatur & militaris ita exercenda eſt, ne togata ſupprimatur. Et

*Nemo hominum poſſet tranquillam vivere vitam,*
*Ni ſanctæ leges Armaq; juſta forent.*
*His ſine nulla poteſt felix Reſpublica ſtare:*
*Arma rebellantes ſubjuga namq; vocant:*
*Legibus at ſanctis totus componitur orbis:*
*Dum jus innocuis dicitur atq; reis.*

Felices igitur illæ Reſpublicæ laudandæ atque prædicandæ, quorum Principes ſanctiſſimis Legibus ſunt armati, juſtiſſimisque Armis decorati, ut utrumque tempus & belli & pacis rectè gubernari poſſint, & ipſi tam juris religioſiſſimi quam victis hoſtibus triumphatores magnifici exiſtant. Horum enim memoria ſvivet etiam poſt mortem non minus quam Auguſti, non minus quam Juſtiniani aliorumque laudatiſſimorum Principum in ſempiternum.

II. *Ut conſervetur Juſtitia;* in verb. Und die heilſame Juſtiz bey ihrem ſtarcken Lauffe unverbrüchlich erhalten werden möchte/ ꝛc. Nam illâ remotâ, quid ſunt Regna niſi magna latrocinia? Auguſtin. de Civ. DEI lib. 4. DEO ſanè & juſtitiâ nihil majus eſt, ſine quibus nihil commodè geri poteſt. *Nov. 164. in pr.* vid. *meas Annot. ad Propoſ. Comit. Elect. Sax. c. 4.* In ſumma, cuncta proſperè eveniunt juſtitiâ duce; peſſimè verò cedunt omnia ipſa exule. Qui innocentiam colit, Domino ſupplicat, qui juſtitiam, DEO libat; qui fraudibus abſtinet, propitiat DEum; qui hominem periculo ſurripit, optimam victimam cædit: Hæc noſtra ſacrificia, hæc DEI ſacra ſunt: ſic apud nos religioſior eſt ille, qui juſtior, quod ait *Minucius felix in octavio p. 7.* Aſt è contrario regnum à gente in gentem transfertur propter injuſtitias & injurias & contumelias & diverſos dolos, quod in ſacris legimus *Eccleſ. 10.* Id neq; ignorarunt Ethnici, quibus placuit

in

in fabulis veritatem explicare. Fabulantur, Deam eſſe Δίκης nomine, quæ jovi patri aſſidens, colentibus ſe optima quæq; polliceri, contemptoribus & iniq; agentibus ultionem imprecari ſoleat: Sic *Heſiodus, in op.* ἔργων καὶ ἡμερῶν quemadmodum latina verſio legitur ap. *Joh. Ferrar. Montan. in Annotat. ad tit. Inſt. de J. & J.*

*Et Dea juſtitia eſt, magno ſata de Jove virgo*
*Inclytaq; & cœlum quibus eſt, veneranda deabus.*
*Hac ubi judicio rectum violaris inique,*
*Mox Patri ad cujus latus aſſidet, ora reſolvens,*
*Incuſare ſcelus non deſinit, impia regum*
*(Qui jus pervertunt & credita regna profanant)*
*Auſa, luant pœnas donec popularibus æquas.*

*III. Ut promoveatur felicitas ac bonum publicum harum Regionum & Territoriorum;* Eſt enim hoc boni Principis præcipuum munus, ut Reipublicæ ſaluti nunquam non invigilet, & omnia quæ eandem lædere poſſunt avertat, ſiquidem alius non ſufficit ei rei, quam Princeps, *l. 3. in pr. ff. de off. Præf. vigil.* Etenim ut quisq; pro ſe rebus ſuis proſpicit, ita Principem oportet ei, quod Reipublicæ expedit & confert manum porrigere. *Nov. 43. in fin.* Omnium enim ſomnos Principis vigilantia, omnium otium illius labor, omnium delicias illius induſtria, omnium denique vacationes ipſius ſola defendit occupatio. *Senec. in Conſol. ad Polyb.* Neque Princeps tamdiu, donec per ſubditorum inſtantiam ſibi admoneatur officii, expectare, ſed proprio motu ſequioribus civium moribus obviare & iis Conſtitutiones ſuas, quas communiter, Edictorum & Mandatorum appellant nomine, opponere debebit. In eo enim potiſſimum Edictum & Mandatum à reliquis Principum Conſtitutionibus Reſcripto ſcil. & Decreto differunt, quod hæc non niſi præcedente partium inſtantia emanare ſoleant, illa verò ex ſolo Principis proprio motu. *Franzk. in Comm. ad ff. Tit. de Conſt. Princip. n. 30.* Et ita Princeps Reipublicæ quam maxime conſulit, ſi per talismodi leges ſalutares lites minuit ac concordiam quæ in omni Civitate maximam vim habet, conſervat, *l. 14. C. de judicib. l. 1. C. de admin. tut. vel Curator.* Pax ſiquidem atque concordia omnium rerum abundantiam generat ac profert. *Keller. l. 2. c. 7. p. 324.* E contra impoſſibile eſt, ut Respublica litigiis plena dici poſſit felix, quin potius mille miſeriis ſuppoſita ſit. Status enim & potentia civium litibus diminuitur, odia & diſſenſiones oriuntur, omnia in maximas anguſtias reducuntur, maleficia & alia inconveni-

 entia

entia inſeqvuntur. *Varr. lib. 1. de Vit. pop. Rom. Joh. Bodin. l. 5. de Rep.* Ac omnis privatorum injuria omnino in publicum redundat, *arg. l. ſi quis 21. §. in Civilibus 1. ff. de captiv. & poſtlim.* Inde non immerito lites quartum DEI flagellum dicuntur, quod divitibus applicatur, qui peſtem fugiunt, fame diteſcunt, bello triumphant, ſed ex litibus redduntur pauperes ex pauperibus mendici: Add. Warleff *in diſc. German. de abbrev. lit. p. m. 12.* Quare provido Principi maximo ſtudio erit curam agere, ne Reſpublica detrimentum inde capiat. Id quod etiam Romani probè intellexerunt. Hinc Concordiæ, quæ pro Dea apud ipſos habebatur, non tantum ædem conſecrarunt. vid. *Antiquit. Romæ Vet. & Nov. Dieterici cap. 22. p. 56.* Sed & effingentes eam ſceptrum, ex quo fructus exire videbantur, eidem aptaverunt. Add. *Chokier in Theſ. Polit. l. 3. c. 18. n. 7.* ubi dicit: Daher haben die Römer den Tempel Concordiæ um keiner andern Urſach Willen geſtifftet / denn daß die Zwietracht unter den Leuten durch Verrichtung gewiſſer Opffer hingeleget und geſchlichtet wurde.

*IV. Ut multa mala, abuſus & confuſiones averterentur,* in verb. **Wie wir nun unſere Landes-Väterliche Sorgfalt /** ibi, &c. **Damit allen dergleichen unfertigen Beginnen und Mißbräuchen möglichſt geſteuret und abgeholffen werde /** quis enim omnia incommoda exinde reſultantia enarrare poſſet; Hoc certum eſt, ſi leges ac Conſtitutiones negligantur, quod neq; Reſpublica, multo minus ipſius judicia diu fixa atq; firma perſiſtere queant, periret omnes judiciorum tela, omnis ordo in judicio forenſium cauſarum, Imò periret ipſa Veritas fundamentum illud juſtitiæ, *Cic. lib. 1. off. c. 7. in med.* ſanctiſſimumq; humani pectoris bonum. *Senec. Ep. 88.*

*V. Ut lites & ex his venientes moleſtiæ paulatim ex ſtirpentur, atque ad pacem ac Concordiam amplectandam homines accendantur, & tandem Reſpublica ſit ſalva.* Nam lites non immerito receptaculum omnium malorum audiunt, & experientia docet ac ſapientum omnium conſenſus comprobat, nullam Rempublicam in flore poſſe conſervari, in qua contentiones, lites ac diſſenſiones agitantur: Proh! quanti labores, quantæ curæ & moleſtiæ eos manent, qui in judicio litigant, *l. fin. C. ub. in rem actio, l. omnes 23. C. de Epiſc. & Cleric.* ibi: turbulenta obſervatio prætorii. Litigare enim nihil aliud eſt; quàm ſemper occaſionem dare ori ſuſpirandi, oculo plangendi, lingvæ querulandi, menti ſe affligendi, pedibus ſe inquietandi, modò advocatum, modò procurato-

ratorem, modo notarium inviſendi, famulis imperandi, marſupioſe exenterandi, adeò ut litigantes omne vitæ genus in tormento perpetuo conterant, nec exoptent quietem, licet videant poſſeſſiones vendi, mobilia oppignorari, tunicam pro pane dari, expenſas fruſtra fieri, verba ventis committi, denicꝫ ſe in Noſocomia ferri, & deſperatos mori. Hinc ſomniorum ille interpres Artemidorus forum judiciale & Advocatos viſos in ſomniis, anxietates denunciare exiſtimat. *Hering. tr. de fidejuſſ. c. 7. n. 597.* Sic litigantium vita pejor eſſe dicitur, quam vita Monachorum mendicantium & Carmelitarum, uti vocantur. vid. quæ hac de re eleganter ſcribit. Warleff *in Diſc. Germ. p. 1. c. 5. p. m. 66.* Imò litium moleſtiæ tormentis infernalibus comparantur. Warleff *l. c. p. m. 59.* ita dicit: Die tägliche Erfahrung weiſet aus / was darbey (nempe bey Proceſſen) vor Vortheil zu gewarten / alſo daß ſich deren gefunden / ſo die Proceſſe der Quaal der Verdammeten in der Höllen vergleichen.

Progredimur ad formam præſentis Mandati; quæ vel eſt interior & eſſentialis, vel Exterior & Accidentalis. Illa conſiſtit in Conſtitutione Legis vi ſuperioritatis territorialis, vid. *verb.* §. 1. **Und zwar wollen wir anfänglich hiermit und in Krafft dieſes aus obhabender Chur- und Landes-Fürſtlicher Macht und Gewalt / ꝛc.** Nam, uti ſtatim in principio adductum fuit, Electoribus, Principibus et aliis Imperii Ordinibus atcꝫ Statibus jus leges provinciales in ſuis territoriis condendi jure Superioritatis competit. Non autem Principes noſtri jure ſaltem adminiſtrationis ſive familiaritatis jura ſuperioritatis exercent, ſed potius jure proprio & ad hæredes tranſitorio. *Ordin. Polit. Francof. de Anno 1577. Tit.* von Juden *20. §. fin. Knichen. de jur. territ. n. 179. Reink. de R. S. & E. lib. 1. claſſ. 5. cap. 6. n. 7. Meichſn. deciſ. 6. n. 87. tom. 2. l. 1.*

Hæc ſeu Exterior & Accidentalis potiſſimum circa promulgationem & publicationem occupatur. Expeditum enim eſt, omnem legum poſitivarum obligationem pendere à promulgatione: Siquidem promulgatio de ratione legis humanæ eſt, ſive tanquam aliquid ad ejus eſſentiam requiſitum, ſive ut conditio neceſſaria, ut lex habeat virtutem obligandi. vid. *Andr. à Matre DEI in curſu Theol. moral. Tr. 11. de legib. cap. 1. punct. 6. n. 74. Dn. Ziegler. ad Lancellot. lib. 1. tit. 3. §. 6. ad verb. nota facere.* Adeò ut antea ne legis quidem nomen mereatur. *Zeſius ad ff. tit. de legib. n. 10.* & nemo de ea cognoſcenda teneatur eſſe ſollicitus. Sunt autem diverſæ promulgandi rationes, vel vivâ voce per præcones, vel literis ac ſcriptura. Præſens

Mandatum juxta Stylum & obſervantiam Saxoniæ in ſcripturam redactum, Nomina tam Sereniſſimi jubentis quam parentium præmiſſa, *Nov. 47. c. 1.* ac cauſæ moventes, *arg. l. 20. l. 18. §. 1. in verb. incolomè ff. de min.* ut & ea quæ imposterum committenda & omittenda, facienda & fugienda, expreſſis verbis inſertæ ſunt, tandem ſubſcriptio & ſecreti appoſitio facta, & tota ſcriptura publicis typis edita & in omnibus judiciis affixa eſt, ut eo melius ad cujuslibet notitiam perveniret. vid. *verb. fin. proem.* Und ſolches hierdurch zu jedermanns Wiſſenſchafft zu bringen/ꝛc.

Quia adhuc verſamur circa formalia noſtri Mandati, non inconcinnè hic quæritur: An Elector atq; Princeps neceſſariò conſenſum primariorum Ordinum ac Civitatum reliquorumque Statuum, Ihre Land-Stände/ꝛc. in condendis ejusmodi Conſtitutionibus aliisque legibus ac Statutis adhibere debeat? Sane optimè facere Principem, qui Conſilium Procerum & majorum Civitatis adhibent in aprico poſitum eſt, cum oculi plus videant quam oculus, ut eſt in proverbio. vid. *m. Annot. ad Propoſ. Elect. ſupra alleg.* Imo ipſi Principes & Imperatores olim, qui tamen abſolutiſſimam Monarchiam affectabant, ſæpiſſimè Senatum ſolebant in Conſilium vocare & oratione habitâ perſvadere eidem, ut de ea re, quæ in deliberationem veniſſet, Senatûs conſultum conciperetur. Celebris eſt in jure noſtro Oratio Divi Hadriani, de petitione hæreditatis *in l. 20. §. 6. l. 22. & 40. pr. ff. de hæred. petit.* Illud etiam alii Reges fecerunt vid. *Gell. lib. 4. cap. 10. & lib. 14. cap. 17. Noct. attic.* Et idem feciſſe Lacedæmonios teſtatur *Albin. in famil. Wittekindi fol. 81.* Et adhuc fieri in Hiſpania, *Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 2. n. 2.* Anglia, *Caſ. lib. 3. polit. cap. 5.* Scotia, *Buchan. de jure Regni apud Scotos, Arniſ. lib. 18. Polit.* Gallia, *Tiraquell. de Nobilit. cap. 20. n. 26. ſeq. Stephan. de jure Magiſtrat. in ſubſid. qv. 6.* & Polonia *Auguſt. Thuan. lib. 56. Hiſtor. de Anno 1573.* narrant. Unde pro affirmativa motæ quæſtionis ſtat, *Schneidew. ad §. jus à Civile J. de J. N. G. & C. n. 18. Philipp. U. I. Pr. lib. 1. Eccl. 9. Add. Limnæus in J. P. L. 4. c. 8. n. 255.* qui hoc allegatione præfationum diverſis ordinationibus præfixarum oſtendere voluit. *Conf. Coler. de Proceſſ. Execut. p. 1. c. 3. n. 6.* Verum enimvero, neceſſitate tamen publici juris aut ex jure Subditis quæſito, id factum eſſe, hinc non illico licet inferre, cum liberè & ad formam conſilii fieri poſſit, vid. *Strauch. Diſſert. V. Acad. 3. th. 6. de Conſt. Princ.* ubi ait: *Quamvis Principes Imperij, jura Provincialia conditurì plerumq; in conventibus Provincialibus conſenſum Civium adhibent, tamen id non fit neceſſitate quadam & ex jure Subditorum quæſito, ſed liberè & ad formam conſilij.* Add. *Mingius de jure territ. th. 71.* cum qua

opi-

opinione etiam covenire videtur præſens *Mand. in proem. verb.* Alſo haben wir zu ſolchem Ende/ ꝛc. ibi etzlichen unſern Räthen nebenſt gewiſſen Deputirten von der Ritterſchafft und Städten hierunter Commiſſion auffgetragen/ ꝛc. Daß ſie dieſes wichtige Werck genau und mit gebührendem Fleiß unterſuchen/ und wie/ ꝛc. Uns ihr gehorſamſtes Gutachten gehorſamſt erſtatten ſollen/ ꝛc. *Ir.* §. 7. So viel die Abſtellung/ ꝛc. Haben wir zwar die ins Mittel gebrachten Vorſchläge reifflich erwogen/ ꝛc. Certa autem eſt ſententia, quam *Mylerus de Princip & Stat. Imp. c. 39. §. 10.* etiam tuetur; Inſpiciendam hic eſſe Regionis obſervantiam, das Herkommen/ aut ſi ad ſint pacta conventa inter Principes & Status Provinciales, quæ huic rei menſuram unicè præbent, quemadmodum illic de Ducatu Würtembergico exemplum addit in quo certis pactis ordinatum ſit, Land-Recht und Landes-Ordnungen zu machen/ mit Einrathen und Zuthun einer geſamten Landſchafft/ ꝛc. Quale quid ſi adeſt, non niſi his obſervatis leges condi potuerunt. Interim Sereniſſimus Saxo ſuam ab Imperio acquiſitam poteſtatem, nimirum vi ſuperioritatis territorialis leges ferendi ita temperat, ne Provinciæ Ordinum Conſenſus in Conventibus omninò excludatur. Sed curas has cum iisdem hac in parte conjungit. *vid. Seren. Elect. Mauritij Ord. Cur Lipſ. de Anno 1540. in præf. verſ.* Von GOTTes Gnaden Wir Moritz/ ꝛc. Nachdem Unſere Vorfahren und Groß-Eltern ſel. Gedächtnüß vor etlichen Jahren aus zeitlicher Vorbetrachtung/ auch mit Berathſchlagung und Bewilligung Ihrer Lbd. Landſchafft ein Ober-Hoff-Gericht geordnet/ ꝛc. Nec non Celſiſſimi & Potentiſſimi Electoris Johannis Georgii II. *Reſol grav. nov. de Anno 1661.* ubi in præfatione hæc verba leguntur. Und Wir die Nothdurfft erachtet/ Unſerer Löblichen Vorfahren Exempel nach/ mit Unſerer allgemeinen Landſchafft von des Landes Zuſtande und Beſchwerden zu handeln/ ꝛc. & porro, So haben Wir aus Landes-Väterlicher Zuneigung/ ibi: Dieſelbe auch Unſerer getreuen Landſchafft Deputirte approbiret. Add. *verb. huj Mand. in proem.* Und die bey itzigem Ausſchuß-Tage gegenwärtige Landſchafft ſelbſt befunden/ daß hierzu mehrere Zeit/ weitere Unterſuchung/ und eine abſonderliche Zuſammenkunfft erfor-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0029-2

hert werde. Et porrò: Und nachdem ſie ſolches alles in gehörige Deliberation gezogen / auch Uns hierüber ihr unterthänigſtes Gutachten erſtattet / ꝛc.

Ne autem diutius quam par eſt huic inhæreamus quæſtioni, recta via progreſſum nunc facimus ad Effectus; quorum præcipuus eſt; Autoritas & valor Mandati. Siquidem per illud in provinciis Saxonicis quilibet ſubditus efficaciter obligatur, & ad illud actiones ſuas dirigere tenetur. *arg. eor. quæ habet Stephan. de Juriſdict. l. 2. p. 1. c. 7. n. 350.* Et quælibet etiam ſyllaba aliquem ſortiri debet effectum, ne Principis eludatur Auctoritas. Nec minus in ſpecie parere debent huic mandato Judices; Nam fruſtra ſcriberentur Leges, ſi judicibus ab illis recedere & ſuo arbitrio jus fingere liceret; Ut & Advocati, Actuarii atq; alius quivis, ne damnum & pœnam ob intermiſſam obſervationem ſentiant. vid. *n. Mand. in fin.* Wie nun alle und jede / ꝛc. Und daß wir über denen publicirten Landes-Geſetzen feſtiglich zu halten / ernſtlich gemeinet / ꝛc. Auch ſich alſo darnach in Unterthänigkeit verhalten werden / ꝛc. Siquidem poſt latam legem hoc inprimis agendum eſt Legiſlatori, ut perpetuâ ea ſuſtineatur obſervantiâ, ſubdito, ut juſſioni pareat & Principis voluntati debitam præſtet obedientiam. Nec enim utilis eſſe poteſt Lex, quæ brevi ſervata deinde fruſtra habetur, quæq; acribus initiis, incurioſo fine ſubditorum exquirit fidem & nil niſi memoriam ſui poſt ſe relinquit. *An autem extra Provincias Saxonicas vim ſuam extendat?* hic quæri poteſt; Et negativa probari videtur, quòd hoc Mandatum ſicuti aliæ Conſtitutiones Saxonicæ habeatur eo reſpectu pro Statuto, *arg. eorum quæ adducit Modeſt. Piſtor. vol. 2. conſil. 11. n. 5. Moller. lib. 2. ſemeſtr. c. 22. n. 1.* ad forenſes, qui non Statuentis ſubditi, ſed alterius jurisdictione circumſcribuntur, non extendendo. *arg. l. fin. ff. de juriſd. l. 1. C. ſi à non compet. Jud. l. qui neq; 81. ff. de jud.* Nec porrigat Statuti localis potentia effectus ſuos ultra terminos proprios, *arg. l. 53. C. de Decurionib.* Siquidem limitata potentia limitatum producit effectum, *arg. l. cum unus 12. §. 1. ff. de reb. auctor. jud. poſſ.* Unde factum à judice, quod ad ejus Jurisdictionem non facit, irritum habetur. *l. factum à judice 170. ff. de R. J.* Conf. *Finckelthuſ. obſerv. pract. 1.* Facit. *h. Mand. n. in proem.* Entbieten allen und jeden / ꝛc. Antequam autem à proœmio abeamus & tractationem Materialium ſeu ipſius textus inchoamus, occaſione verborum *in fin. proem.* Und nachdem / ꝛc. ibi Hierauff der

Noth-

Nothdurfft befunden / inzwiſchen und biß zu künfftiger Haupt-Reſolution vermittelſt gegenwärtigen Mandats in nachgeſetzten Puncten Unſern gnädigſten Willen zu eröffnen / vorige Ordnungen folgender maſſen zu erklären / ꝛc. hæc unica quæſtio ad huc ventilanda venit. *An Princeps prædeceſſorum Leges ſi publica exinde res ſperare poſſit utilitatem, pro lubitu declarare imo plane abrogare poſſit?* Et videtur, ſalvo tamen cujuscunq; rectius ſentientis judicio, quod ſic: Etſi enim inprimis Nomothetæ cordi eſſe debet, ne temerè & inconſulto calore ad mutationem jurium proſiliat. *Perez. C. de LL. n. 22. pr.* facit *Treutl. 1. D. 1. Theſ. 6. lit. b. in fin.* nec enim confirmati validiq; Imperii eſt, quod pulcro & longo ante tempore concinnatum adunatumq; & in ſuâ jam firmitate compoſitum extitit, absq; rationabili cauſâ novare. *Nov. 28. in præf.* Veriſſimum etenim ſcimus, nihil ex antiquo & præſertim ſolennibus iſtis, motum eſſe probabile. *l. 183 de R. J.* dum enim, quod unusquisq; ſibi juris ex priori conceſſum lætabatur, id poſteriore legislatione denuò ſibi ereptum vel aliter declaratum aut reſtrictum dolet, aut utcunq; ſaltem compoſita labefactantur, vix eſt, ut non diſcordiis laceret tranquillitatem Reipublicæ crebra iſta jurium mutatio. *cap. 9. x. de conſuet.* aut ipſum legislatorem priorum legum perfunctoriâ ſaltem conſideratione latarum, aut plusquam fœmineæ levitatis & ſtultitiæ arguat, adeoq; contemptui exponat leges, quas oraculi tamen loco colere & habere populus debebat, quodq; non tantùm olim à ſimplicioribus Imperatores deſiderarunt, ut de Numâ Pompilio ait *Flor. lib. 1. hiſtor. Rom. c. 2. vid. Beſold. in Synt. doctr. pol. lib. 2. c. 4. §. 15.* Quis enim magni deinceps faciet leges aut violare timebit, quas ipſe qui condidit contemptim negligere videtur? *c. 7. c. 25. qu. 2. Baro Enenkel de Privil. lib. 1. c. 12. n. 4.* Hinc quòd intentione iſtâ, voto & augurio, ut in perpetuum vigerent, leges ſuas promulgarint Imperatores, ut de ſe teſtatur Fridericus II. *Feud. 27. pr.* easdem perpetuarum & in perpetuum valiturarum titulo cohoneſtaſſe leguntur, *l. 6. C. de ſec. nupt. l. 2. C. de ſent. ex peric. recit. Auth. habita C. ne fil. pro patre* & noviſſime Carol. IV. *in A. B. tit. 1. 8 & 9. ac paſſ.* præſtatq; ut cicatrices feliciter non attinguntur, ne ſeveriori remedio & curatione vulnera recrudeſcant, ita vel deteriores & incommodiores aliquas Conſtitutiones inviolabiliter retinere, quam vel commodiſſimas, ſed à quibus crebrò leviq; momento recedatur, ſuſcipere. *Arn. ſ. l. 1. doct. pol. c. 9. Rittershuſ in proem. Comm. Nov. cap. 3. n. 5.* aut receptarum interpretationem, extenſionem, limitationem admitte-

re. *Nov. 7. c. 2. pr.* exemplo *l. ult. C. comm. de leg.* & confirmatæ & reſtrictæ per *Nov. 39. præfat.* ibi: *indigere quadam exceptione neceſſariâ legem &c. 1. pr.* vid. de his & ſimil. *Arniſ. L. 1. c. 17. in fin. Bachov. Comment. ad §. ſed naturalia 11. Inſt. de J. N. G. & C. n. 3. Th. Dempſter. ad Roſin. de Antiqu. Rom. lib. 8. pr. in Paralipom. p. 1233.* Add. *can. 15. c. 25. qu. 1. can. 4. c. 25. qu. 2. Tab. tract. de obl. ſucc. in off. c. 5. n. 12. 13.* Non erit tamen usq; adeò timidus Legislator, ut ad ſuperſtitionem usq; veteribus inhærere & dum priſca laudibus celebrat, prima illis in ordinandis conſtituendisq; rebus recentioribus tribuere velit, quod taxat *Nov. 24.* quin potius, cum in ipſas Leges Imperium acceperit. *Nov. 105. c. 2. §. ult. in fin.* nec eſt Rex legi, ſed lex obnoxia Regi. *L. princeps 31. ff. de LL.* Unde & Princeps legis patet dicitur in *Nov. 12. c. 4.* ſecundum poteſtatis plenitudinem de jure ſupra jus diſponere poteſt, *c. propoſuit 4. de conceſſ. præbend.* nec prædeceſſorum ſuorum Conſtitutionibus adſtringitur, *c. innotuit 20. de Elect. & Elect. poteſt l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. ille à quo 13. §. tempeſtivum 4. ad SC. Trebell.* ſi quidem nulla lex humana tam firma eſt, tantamq; vim obligandi habet, quin legislator aut ejus ſucceſſor, qui æqualem aut eandem potius cum ipſo autoritatem habet, eam penitus tollere & abrogare poſſit, ſive prohibendo, ne poſthac lex iſta obſervetur, ſive declarando & reſtringendo, ſive aliam novam priori contrariam legem proponendi. Quælibet enim res iisdem modis diſſolvitur, quibus ab initio conſtituta eſt, *l. 80. ff. de ſolut. l. 153. ff. de R. J.* & ex voluntate legislatoris obligare lex ab initio incepit, ſequitur, per contrariam ejus voluntatem omnem obligandi vim extingvi, atq; ſic legem tamdiu & non diutius legem eſſe, quam Legislator aut ejus ſucceſſor eam pro lege haberi volunt. Conf. *Weſenb. in π. ff. de LL. n. 7. Beſold. in op. pol. diſſert. de jur. Maj. in genere, l. 3. c. 2. n. 8.* Ut adeò Princeps tali clauſula de lege ſervandâ contrarium ſtatuendi poteſtatem nunquam ſibi valeat eripere. *arg. l. 51. in f. ff. de recept. qui arb.* Nec etiam in poteſtate legislatoris eſt, ſucceſſoris ſui voluntatem ita coërcere, ut in arbitrio ejus non ſit, legem à ſe promulgatam utrum mutare, an perpetuam eſſe velit; Cum utiq; ſucceſſor ille non à Perſonâ anteceſſoris ſui, ſed ab ipſo officio, in quo illi ſuccedit, ferendi legis autoritatem habeat. vid. *l. 13. §. 4. ibi: quia triplici officio, ff. ad SC. Trebell. add. Dn. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 3. n. 31. & ſeqq.* Accedit, quod & Leges ingenio populi ſtatuiq; rerum præſenti Principem accommodare oporteat, *Reink. L. 2. Cl. 2. c. 5. n. 6.* quod ſi citra priorum innovationem fieri non poſſit, nequaquam ipſi vitio vertemus, ſi antiquas vel declaraverit vel planè deleverit. Quotidie enim novi emergant caſus quos Legisla-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0032-5

giſlator, ob rerum, quæ à futuro pendent, incertitudinem, prævidere ſatis non potuit, multo minus certis quibusdam regulis comprehendere, adeoq; inſecuturis malis obviam ire; neceſſe ſane eſt, ut ſuperior aliqua lex ſit, & per conſequens ſumma in Republica poteſtas, quæ defectum legum ſuppleat, aut mutata Reipublicæ facie, Leges antea utiles jam vel planè tollat, vel pro præſenti Statu reſtringat, quo ita ſaluti publicæ conſulatur, & periclitanti patriæ ſubveniatur. vid. *Sanderſ. de obligat. conſcient. prælect. 10. §. 15. Liebenth. coll. polit. Ex. 12. qu. 2.* Et hanc poteſtatem Principi licitè competere ſupra deductam eſt & probat idem *Sanderſ. §. 18.* idq; potiſſimum ex jure Regio quod *1. Sam. 8.* DEus Regibus indulſit; ſiquidem ibi non nudum factum proponitur, ſed verum jus, quo pro utilitate Reipublicæ ſalva conſcientia uti poſſunt, *Oſiand. ad Grot. l. 1. c. 4. th. 3. obſ. 2. Puffend. de J. N. & G. l. 7. c. 6. §. 9.* Quibus conſentit Imperator noſter in *Nov. 98. Præf.* ea, inquiens; quæ ſemper idem ſe habent, & ſine ullius diverſitatis mixtura ſunt, nulla correctione & mutatione egent, quæ autem in tumultu negotiorum conſtituta, gubernativa indigent ſapientia. Huc quadrant verba Innocentii III. *in cap. 8. X. de conſangv. & affin.* Non debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoq; varientur humana, præſertim cum urgens neceſſitas vel evidens utilitas id expoſcit, quoniam ipſe DEus ex his, quæ in Veteri Teſtamento ſtatuerat, non nulla mutavit in Novo. Quo & collimat *L. Valerius Tribunus Plebis in Orat. de L. Oppia abroganda*, ex his, inquiens; legibus quæ perpetuæ utilitatis cauſa in æternum latæ ſunt, nullam abrogari debere fateor, niſi quam aut uſus coarguit, aut ſtatus aliquis Reipublicæ inutilem fecit. vid. *Liv. lib. 34. n. 5. & 6.* Unde eſt, quod olim apud Romanos quinquaginta Viri, πρυτανεῖς dicti conſtituti ſint, qui populum quotannis convocarent ad Legum disquiſitionem, vid. *Calvin. in Lex ſub voc. πρυτανεῖς.* Nec in contrarium facit, omnes Leges habere fundamentum in ratione naturali, juſte ſe: eſſe vivendum, adeoq; mutari non poſſe; Hoc enim in theſi quidem verum eſt, & in hypotheſi, quo caſu juſtè vivendum ex mutatione temporum & morum dijudicandum. *Reink. de R. S. & E. L. 2. cap. 5. n. 26.* ubi in anteced. cauſas hujus mutationis recenſet. Vidimus huc usq; Proemium; Nunc ut in ipſum textum de paragrapho ad paragrapum inquiramus operæ jam pretium erit, ne benevolum Lectorem diutius in ſuſpenſo relinquam & hîc labor modum Diſputationis excedere videatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0033-1

## §. I. Agit

### *De officio Magiſtratuum ac Judicum iuferiorum officio circa obſervationem Legum Provincialium.*

Verbum Magiſtratus Obrigkeit hic non ſignificat ſupremum Magiſtratum & Judicem qui in Civitate habet τὸ κύριον, ꝗ Magiſtratuum quippe Creatorem, qui leges, latas ab ipſo, cuſtodiant & Executioni mandent. *Myler. de Princip. & Stat. Imp. c. 41. n. 1.* Judicum judicem *Bran. de Hæret. c. 17. n. 6.* Præſidem ac Dominum, Arbitrum optimum boni & mali, juſtitiæ fontem & caput à quo omnia jura manant. *Sonsbec. in uſib. feud. p. 9. n. 40. Cravett. Conſ. 976. n. 4.* ubi elegantia de Principe, ejusq; voluntate: qui jura omnia in ſcrinio pectoris habet, etiam quoad interpretationem. *Mart. de Cazar. Laudenſ. tr. de Princ. qu. 340.* imo ipſa lex eſt animata, à DEO hominibus miſſa, *Nov. 105. cap. 2. in fin.* qui ſubditos, ut paſtor oves ſuas vovet, *cap. cum Apoſtolus 6. §. ſuſtinemus X. de cenſ.* ut pater liberos. *Bald. ſ. Conſ. 410. n. 5.* communem omnium patrem *P. à Puteo tr. de re milit. verb. duo n. 10* qui omnia deliberatè & prout convenit, & vel maxime nil, niſi ex juſta cauſa, motu proprio, facere præſumitur. *Maſcard. de prob. concl. 1227. n. 27. Sixtin. conſil. Marp. 17. n. 5.* omnia legi conformiter. *l. digna vox 4. C. de LL.* ſed illos, qui Tribunali & jurisdictioni præſunt, qui *in rubr. de Jurisdict. omn. jud. & de reb. author. jud. poſſ. l 1. ff. de jud.* judices appellantur. Illud hic obſervari meretur, quod olim & antiquiſſimo tempore ſummus Romæ Magiſtratus, nempe Conſulum, judex dicebatur & Prætor teſte *Livio lib. 3. cap. 55. & Cic. lib. 3. cap. 3. de legib.* At poſteà judicis vocabulum iis tantum attributum fuit, qui cauſas tam privatas quam publicas in judicio diſceptarent, qui plerumq; erant privati: & proinde à Magiſtratibus judices diſtingvuntur, ut privatæ Perſonæ à publicis, i. e. Magiſtratibus, *l. 7. §. 7. de adminiſtr. tut. l. 2. ff. de R. J.* Magiſtratuum enim erat jurisdictio, judicum autem notio tantum *l. 5. ff. de re jud. Add. Cujac. in parat. C. de pedan. jud. Calvin. in Lex. Jurid. voc. Jud. Sigon. 1. de judic. c. 22. ſeqq. Hiſtor. Fori Romani lib. 5. c. 5 ſeqq.* Tandem ſub Imperatoribus poſterioribus judicis vocabulum impropriè & late uſurpari cœpit, eoq; contineri tam Magiſtratus quam judices *vid. ſupra alleg. tit. de jurisd. omn. jud.* Atque ita hodiè ubique ferè locorum ejusmodi dantur judices, qui ſimul Magiſtratum gerunt, ſeu publicæ rei adminiſtrandæ habent poteſtatem. Judicem noſtrum Mandatum intellectum vult eum, penes quem judiciorum vis & authoritas eſt: judiciorum præfectum: Juſtitiæ Miniſtrum ac Sacerdotem. *l. 1.*

§. 1.

*§. 1. ff. de J. & J.* conſtitutum ad audiendum litigantium cauſas & procedendum in iis ſecundum Leges Provinciales ac Statuta: dictum à judicando, aut jure dicendo, jure diſceptando. *cap. forus 10. verſ. judex X. de V. S.* judicium exercendo: quod eſt licitum ab illicito, æqvam ab iniquo, publicâ authoritate, ſeparare, *Cavalc. p. 2. dec. Fivizan. 20. n. 36.* jure diſceptare, i. e. juſtè diſceptare d. e. forus, qui inter utramque litigantium perſonam medius eſt, ut loquitur Conſtant. *in L. ubi falſi 22. C. ad L. Corn. de falſ.* Licet autem olim Principibus tantum, in quos Populus Rempubl. iniens, omnem contulit poteſtatem, judicandi poteſtas competeret, Inde in ſacris literis judicandi manus tanquam præcipuum Regibus tribuitur & commendatur. vid. *Pſ. 72. & 82.* & teſte *Plutarcho in Demetrio*, nullum officium eſt principis proprium, quam judicare; Ac præclare *Tiraquellus L. de nobil. c. 28. n. 17. & ſeqq.* demonſtrat multis & rationibus & exemplis; officium judicis Principi & Proceribus maximè convenire. Præſertim cum nec exempla deſunt eorum Principum, qui ipſimet judiciis præfuerunt, ut patet exemplo Salomonis *1. Reg. 3. 3. 9. & 16.* Apud Ethnicos Ageſilai, quem judicaſſe, Plutarchus in ejus vita autor eſt. Idem de Auguſto, ſcribit *Svet. l. 2. c. 33. de Claudio c. 15. de Galba c. 7. 8. 9.* de Domitiano *c. 8.* de Alexio Comenô Imper. *Zonar. in ejus vitâ.* Sic apud Chriſtianos Carolus M. introduci ad ſe litigatores, & jura ſua exponere jubebat: atque ubi ante eos audierat, litem ſi poterat, amico & placido arbitrio componebat; ſin minus, ſententiam ex æquo & bono pronunciabat. *Anti-Machiavell. l. 3. Comm. Theodor: 35.* id refert *ex annal. Franc. Anno 809. & 814.* vid. de Rudolpho I. Imp. *Lehm. Chron ſpir. lib. 5. c. 109.* & noſtræ memoriæ inſigne fuit exemplum Chriſtiani IV. Regis Daniæ, ut de aliis laudatiſſimis Principibus hodieque viventibus nihil dicamus. Attamen, cum partim ſuprema Majeſtas publicis negotiis ita impediatur, ut non poſſit ſupereſſe privatis; partim quoque authoritas illius nonnihil vileſcat, ſi viliſſimis quibusque ſe immiſceret cauſis: ſaluberrime fuit inſtitutum, ut ſibi in oneris partem, optimos quosque judicandi peritos aſſumeret, illisque hanc demandaret poteſtatem. *Lampad. de Rep. Rom. Germ. P. 3. c. 15. §. 12.* Non poteſt enim imperantium & parentium conſenſus, per quem felicitas civilis comparatur, in laxiori, Republicâ haberi aliter, niſi Imperium per plures, veluti Canales, diffundatur, &, cum ſupereſſe rebus omnibus illi, qui τὸ κύριον obtinent, nequeant, alii in partes vocentur, quorum miniſterio curas publicas faciliores reddere liceat. *Alvarez. de Velaſc. in jud. perf. R. 1. A. 3. Lampad. d. l. p. 1. n. 49.* Uti enim in ampliore familiâ dividere rem œconomicam &

alios aliis præficere ſolet Paterfamiliâs, quos tamen viciſſim omnes ſuo moderamine coërcet: Ita ubi plures coiêre familiæ, non poſſunt illæ inter ſe benè diſponi, niſi per aliquem imperantium ordinem, Majeſtati ſubditum, & ab ea defluentem. Quod benè mihi intellexiſſe videtur Jethro, qui genero Moſi vicariatum tunc in Theocratia Judaica tenenti, autor fuit, ut Judices & Seniores conſtitueret in populo, ne ipſe adeò multis obrueretur curis; reſervaris tamen majoris momenti ſibi negotiis. *Exod. 18. 13.* Idem feciſſe legitur Joſaphat *2. Paral. 19. v. 5* Sicut & tempore Romuli ac Servii Tullii, poteſtatem judicandi datam fuiſſe Senatoribus, refert *Dionyſ. Halic. l. 4.* Ad quod quoq; reſpexiſſe puto, *Platonem l. 6. de legib.* quando dixit, tunc Civitatem revera eſſe civitatem, ſi judicia recto ordine inſtituantur. vid. *Petr. Gregor. Synt. L. 4. c. 1. n. 16.* Sicuti autem ex his patet, quod omnes, qui in Civitate jus dicunt dependeant à Majeſtate, quæ fons & origo omnis alterius juriſdictionis. *Boekl. D ff. de Judic,* liquidô inde conſtare arbitror, quàm ſancta debeant eſſe Civibus judicia, quàm religioſe perſonæ, quæ illis præſunt, ſint colendæ, quàm ſtudioſè quilibet debeat ſibi cavere à læſione illarum qualicunq;. Fieri enim vix poterit aliter, quàm ut per læſionem illarum ipſe quoq; lædatur cujus conſtitutæ ſunt autoritate. Atq; hoc ipſum etiam ſummum voluit Numen, vid. *1. Tim. 2. Hebr. 13.* Ubi judices vocantur Miniſtri DEI, quia non hominum ſed DEI judicium exercent. *2. Paral. 19. Decian. V. 1. R. 47. n. 23.* & ſic qui judicem audit, ipſum DEum audit, qui vero illum condemnit, DEum etiam condemnit. *And. à Matr. DEI Theol. Mor. Tr. XI. c. 2. punct. 1. n. 2.* Imo vocantur ipſi Dii. *Pſ. 82. verſ. 6. Exod. 22. 28.* non tantum à Chriſtianis ſed etiam Ethnicis, ut teſtatur *Alexand. ab Alex. Dier. Genealog. L. 3. c. 5.* In jure noſtro audiunt Principes Civitatis *L. 15. §. 9. de excuſ. tut.* Prætor dicitur habere Majeſtatem *L. 9. ff. de Jurisd. l. 11. ff. de J. & J.* Unde etiam judex nominatur Dux & Imperator judicii, *Weſ. P. 1. C. 9. n. 9* cujus defectu omne judicium eſt nullum. Aſt verò, quæ eſt rerum humanarum calamitas, ſicut nihil tam bonum eſt, & tam vitæ humanæ conducit, quod non in damnum & detrimentum ejus retorqueri poſſit; ita & id hic uſu venire ſæpius experientia teſtis eſt quotidiana. Quid quæſo enim frequentius eſt, quam judices abuti ſuâ à DEO & ſuperiore conceſsâ poteſtate? Quid ſæpius contingit, quàm judices contra officium ſuum neſcio quid non injuſti moliri? Lucere deberent quaſi luminaria in mundo, *Velaſc. J. P. R. 7. a. 2. n. 2.* ſed nihil magis amant multi quam tenebras injuſtitiæ. Deberent eſſe boni viri, per *l. 137. §. cum ita de V. O. Matth. Steph. de off. jud. l. 1. c. 2. n. 10. ſeqq.* & antecellere reliquos virtutibus & ex

omni parte perfecti eſſe, ſed nihil minùs quàm hoc apud iſtos ſæpe invenitur. Conveniret officio illorum, eo uti ad tollendas in Republica lites; ſed novas plerumq; ſerunt. Veram & præcipuam hujus mali cauſam eleganter detegit *Franciſc. p. 3.* der Erquickſtunden *c. 22. p. m. 818.* Alle Sachen verewigen ſich mit groſſem Nachtheil und Ruin der Intereſſenten; Weil der Richter einen ewigen Durſt nach Gelde leidet und ihm ein Geſchenck-Jgel im Hertzen ſitzet. Alle Dürfftigen ſeufftzen/alle Arme klagen/allen Wittwen und Wäiſen flieſſen die Augen von Zähren; Wenn der Richter gern ſiehet/ daß man ſeine Liebſte mit ſchönen hellen und runden Perlen/ als wie mit harten und klaren Augen-Zehrlein bethränet/ ꝛc. Et ſic ſe faciunt ex Miniſtris DEI, Miniſtros, Diaboli, *Farin. qu. 32. n. 90.* Peccantq; eò gravius quò excelſiores ipſi ſunt, tum quod officii ſui memores parum ſint, tum quod contemptores fiant Legum. Juſtè ita facit Princeps, ad quem etiam juſtitiæ reformatio pertinet, *Parthen. litig. lib. 1. c. 2.* ſi tale Mandatum, quale præſens eſt, promulgat & in iis Magiſtratibus ac judicibus obſervationem Legum Provincialium ac Statutorum ſeriò & ſevere mandat atq; inculcat. Ad propoſitum autem ut redeamus, officium judicis hic loci ita deſcribi poteſt: Quod ſit publica authoritas atq; poteſtas in cauſis partium controverſis procedendi, prout leges Provinciales Saxonicæ tam generales quam ſpeciales, puta reſolutio gravaminum cœteraq; mandata in omnibus punctis, clauſulis atq; tenoribus deſiderant. De variis judicum diviſionibus, Cauſa, Effectu, Contrariis, ſimilibus, cum hîc ex profeſſo agere inſtituti noſtri & temporis ratio non permittat, & præterea ſatis ſuperque à ſcriptoribus propriis hæc materia ſit pertractata, plura deſiderantes eò remittimus.

Rationes autem, cur judex tàm ſtrictè ad obſervationem Legum obſtrictus eſt, hæ ſequentes eſſe poſſunt, I.) quia adſunt multæ ſanctiones, Ne aliter judicet quam Legibus aut Conſtitutionibus ſit proditum, *pr. Inſt. de off. jud. l. nemo 13. C. de ſent. & interloc. Receſſ. Imper. Ratisbon. de Anno 1654. §. 157. verſ.* Und ein jeder/ ꝛc. Weichbild *art. 18. Ordin. Appell. de Anno 1605. tit.* Was von Recht/ ꝛc. *Reſol. grav. tit.* von *Juſt.* Sachen. §. ferner thut zum 50. Miniſter enim Legis eſt judex non arbiter. Et ad hoc primum promulgatæ ſunt Leges, ut & vitæ rationem Reipublicæ conformem inſtituant Subditi, etſi quid injuria factum fuerit juxta eas in judicio emendetur. *Ziegler. in tr. de off. jud. Concluſ. 36. §. 3.* Eleganter & magis

ſpeci-

ſpecifice judicis officium deſcribit Muretus Oration. 18. in verb Ita judicari oportet, ut Lex ipſa, ſi loqui poſſet, judicaret, ut ſit Lex quaſi anima judicis, judex quaſi vox legis. Unde conſequens eſt, Officium judicis eſſe in procedendo, ut Leges & Conſtitutiones conſulat, neq; ex ſuo arbitrio quicquam decernat, cui Lex aliqua publicè proſtans repugnet. Nam fruſtrà ſcriberentur Leges, ſi judicibus ab illis recedere & ſuo arbitrio aliquid facere liceret. Nec minus parere debet judex juri, quod ab eo, qui in Republica ſummum habet imperium, eſt conſtitutum. II.) In formulis juramentorum der Richter Eyde/ Judices ordinationibus alligantur, uti videre eſt ex jure Civ. in *Nov. 15. c. 1. §. 1.* ibi: *jusjurandum verò præbens, quod omnia ſecundum legem ac jus agat.* Camerali *in pr. Ordin. Cam. tit. 57.* Von des Käyſerlichen Cammer-Richters und der Beyſitzer Eyde/ ibi: Und nach des Reichs gemeinen Rechten/ Abſchieden/ ꝛc. III.) Introduceretur, ſi arbitrio judicis modus procedendi committatur, juris incertitudo, felici Reipublicæ ſtatui, quem legiſlatores legum certitudine tutari, ſibi ſemper curæ cordiq; eſſe voluerunt, adverſa: Sic enim non leges: quæ tamen nihil habent paſſionis, nihil ſenſuum adfectionis, admixtum: ſed judicis arbitrium ſæpe corruptum, procedendi præſcriberet normam. Quod ipſi, propter faciles contra juſtitiæ rationem errores, de quibus in *l. 91. §. 3. de V. O.* non concedendum. Et cum IV.) primævus gentium nationumq; Status, quo Arbitria Principum pro legibus erant, teſte *Juſtin. in l. 1. c. 1.* haud diu ita potuerit ſubſiſtere: cum item non, niſi initio Civitatis noſtræ Rom. auctâ adhuc ad nullum modum Republica, manu omnia à Regibus, gubernari potuerint; aucto vero populo, legibus ad ipſum latis, & ſic certo jure, quod Romulus mox per leges ferre cœpit, opus fuerit: Originem juris ita deducente Pomponio in *l. 2. §. 1. & 2. ff. de O. J. Aymar. Rivall jur. Civ. hiſt. lib. 1. n. 1.* ejectisq; cum Regibus poſtea eorum legibus, arbitrario ac incerto jure, vix per vicennium, ali potuerit populus *d. l. 2. §. 3.* qvumq; poſt *Ariſtot. Irenæus & Domin. Soto* citante *Vasquio Controv. lib. 1. c. 1. n. 11.* ſentiant utilius, commodiùs ac tutius per legem, quàm per Principem, Rempublicam gubernari; quod illa, lex nempe, maturâ deliberatione & conſilio plerumq; fiat, ſicq; publicæ utilitati conſulat, is verò, Princeps nempè, non rarò ex conſilio aliorum, à bono publico abducatur quantò minùs tutum erit, Arbitrio Magiſtratuum regi, civiumq; famam, perſonas, liberos, ſacra, fortunas, affectibus eorum ſubmittere; Cum vix frena ſufficientia inveniri potuerint, quæ iis refrenandis

injici

injici queant. Qua de cauſa noſter Sereniſſimus Saxo in hanc rem ſollicitè perſpexit, ita mandans: Und zwar wollen wir/ꝛc. Alle und jede Obrigkeiten und Unter-Richter insgemein dahin anweiſen/ daß dieſelben ins künfftige/ꝛc. Denen publicirten allgemeinen Landes-Geſetzen/ꝛc. unverändert nachgehen/ꝛc. In omnibus autem ſuis actionibus ita adſtrictus eſt Magiſtratus ad Principis voluntatem, ut nec id quidem peragere poſſit, quod Princeps præſumptivè nollet. Sed quid ſi horum oblitus iniquè procedat judex & contra leges Provinciales? Intereſſe reor, utrum id fiat ex propoſito an imperitia. Si judex ex propoſito contra Leges & Conſtitutiones agit, ejus procedura & factum eſt ipſo jure nullum & non attenditur, *arg. l. certa 5. C. quando provoc. non eſt neceſſ.* & judex adhuc vel avocatione cauſæ vel alia adhuc ſeveriori pœna punitur. *per verb. Mandati:* Daferne einer oder der andere dem alſo nicht gebührend nachkommen würde/der oder dieſelben mit ernſter Straffe angeſehen werden ſollen/ꝛc. e.g. Extant multæ conſtitutiones in ſpecie autem *Reſolut. grav. Joh. Georgij II. tit.* von *Juſtit.* Sachen/ꝛc. *§. 8. verſ.* Wenn nun beyde Theile/ꝛc. *Item §. 11. 14. & 15.* præcipientes: Quod judicis prima cura ſit, controverſia in judicium ſi deducta, ut amicabilis inter partes inſtituatur compoſitio. Tùm enim vel maximè incumbit judici litigia in principiis ſuis ſuffocare & extingvere, ne vitiis partium inquinentur & juſta licet alterutrâ parte ſint, per longiorem Proceſſum injuſtitiæ maculam attrahant. Hinc mortaliter peccant judices, ſi id omittunt *Matthias Caſtrit. ad Pract. Maſv. f. m. 36. n. 1. & Vent. de Valent. in Parth. litig. l. 2. c. 4. n. 9.* Si vero tractatus iſte ſive ex negligentia ſive ex præſumptuoſa opinione judicis non ſolum fuerit omiſſus, ſed & in contumaciam Rei, qui amicabili compoſitione non tentatâ reſpondere ac litem conteſtari detrectet, ſub præjudicio judicatum fuit, hoc decretum judicis nullum effectum producit, ob alleg. Conſtitutiones, amicabilem compoſitionem expreſsè deſiderantes. *arg. n. Mand. §. 1.* in allen Puncten/Clauſuln und Inhalten/ꝛc. Reus enim ſtatim pro contumaci non eſt habendus, ſed præmiſsâ iſtius modi tractatione novâ Citatione opus eſt: Veluti etiam reſpondit *Facult. jurid. Lipſ. in cauſ. T. R. contra Z. Q. M. M. Jani 1632.* Verba ſententiæ ſunt: Nunmehro aus den Acten ſo viel zu befinden; Daß Beklagter noch zur Zeit für ungehorſam nicht zu achten/ſondern weil er ſich zu gütlicher Vergleichung laut den Acten anerbothen/ſo wird ſelbige vor allen Dingen billich vorgenommen und ſie beyderſeits auff einen gewiſſen Termin vorgeladen/ in

 Ent-

Entſtehung aber der Güte iſt Beklagter auff anderweit vorgehende Ladung zu erſcheinen und auff die erhobene Klage ſich einzulaſſen und zu antworten ſchuldig / V. R. W. nec non in cauſa *Syndici* der Stadt-Gerichte zu Leipzig *contra* Ulrich Groſſen daſelbſt *M Mart. Anno 1666.* Daß klagender Syndicus ſeine Perſon zur Nothdurfft legitimiret, Es wird aber in dieſer Injurien-Sache nochmahls gütliche Handlung gepflogen / in Entſtehung der Vergleichung aber iſt Beklagter auff die erhobene Klage ſich einzulaſſen und zu antworten ſchuldig / ꝛc. *Magnif. JCtor. Ordo.* ~~*Et*~~ *Witteb. in cauſa* S. E. T. *contra* J. S. *M. Jan. 1688.* Und wird bey künfftigen Termin zuförderſt die Güte zwiſchen denen Partheyen verſüchet / ꝛc. Quando vero judex ex imperitia Leges Provinciales egreditur, tunc litem facit ſuam & tenetur ex quaſi delicto parti læſæ, in quantum alterius judicis religioni æqvum videbitur. *pr. inſt. de obl. quæ quaſi ex del. de off. jud. l. 5. §. 4. ff. de O. & A.* ad Intereſſe ſcil. & expenſas; Unde & læſus ad juramentum in litem admittitur, *Plotus de juram. in litem n. 656.* Si enim juris ignorantia neminem excuſat, ne privatum quidem: multo minus ea excuſabit judicem, qui juris ſcientiæ præeſt & jus dicit, à quo etiam nomen judicis accepit: Dicitur autem litem ſuam facere vid. *fol. 23. de Imperit. jud.* Sed an hodiè quoq; pœna judici imperito ſtatuta in uſu ſit, an vero læſus remedio aliquo ſuſpenſivo uti debeat, vid. *Vinnius in Comment. Inſtit. tit. de Obl. quæ ex quaſi del. Lauterbachi ad tit. de extraord. cognit. & Grönweg. ad pr. Inſt. d. t.* vigore noſtri Mandati meretur officio moveri, id quod colligendum *ex §. 2. in verb.* Mit gnugſam geſchickten / ꝛc. und Gelehrten / ꝛc. ibi: Oder nach befinden wohl gar wegen Beſtellung der Gerichte ſelbſt Verfügnng zu treffen / ꝛc. Siquidem anxiè deſideramus in Rebuspublicis noſtris Germanicis judices peritos & legales, dum nullus bene judicabit, ſi leges, quibus judicatur, ignoret. vid. *Lauterbeck.* in ſeinem Regenten-Buch *lib. 4. cap. 5.* Antequam vero hoc caput concludam, lubet ſequentem quæſtionem formare. *An judicis arbitrio, ob hactenus deducta, nihil amplius relictum ſit?* Et ſi vero non diffitendum, ex monito *Ariſtot. lib. 1. Rhet.* quod ſequitur *Scipio Gentil. lib. de donat. inter vir. & ux. c. 9.* & cum his *Herm. Hoffmann. in Tr. Lycurg. Rom. germ. c. 3. n. 33.* quod & facit. *P. Ant. de Petra de Fideic. in præf. n. 8. Scacc. tr. de Commerc. §. 1. qu. 7 p. 2. ampl. 9. n. 59.* quòd, quantum fieri queat, quàm minimum Arbitrio judicis ſit permittendum, meliusq; fit, ut, quam maxime fieri poſſit, cuncta legibus explicentur. Et ſecundum *Platonem 4. de Rep.* illa demum ſalva reſp. intelligatur, in qua lex domina eſt magiſtratûs; multoq; utilius eſt, ſi lites non hominum voluntate, ſed legum

gum auctoritate dirimantur. Nihilominus tamen ad præmiſſam quæſtionem cum limitatione quadam reſpondemus: Aut cauſa in legibus expreſſe eſt definita: aut non eſt definita. Si prius, judices tenentur judicare ac procedere ſecundum Leges ac Conſtitutiones, uti hactenus fuſius deductum eſt, ſi vero poſteriori modo ſe res habet, tunc putamus caſum ipſorum arbitrio eſſe permittendum, Nec enim omnia legibus poſſunt comprehendi. *Mev. Tr. lev. nop. deb. c. 1. n. 259.* neq; Leges, neq; SCta ita ſcribi poſſunt, ut omnes caſ9, qui quandoq; inciderint, comprehendantur, ſed ſufficit ea, quæ plerumq; accidunt, contineri: inquit Julianus *in l. 10. & ſeqq. ff. de LL. Mev. d. l. n. 254.* Si vero Legiſlator facta & omnes caſus particulares, cum circumſtantiis omnibus, definire vellet, tantùm non invanum laboraret; certè opus aggrederetur deſperatum. *Sanchez. lib. 2. conſil. mor. cap. 1. dub. 41. n. 5. Joh. Reger. Troch. tit. 2. §. juris dicendi. O. Crim. art. 24. in f. vid. Gothofr. ad L. mora 32. pr. voc. neq; ibi, facta non rectè dijudicamus, niſi cognitis circumſtantiis omnibus: quas omnes in legem referre impoſſibile eſt, ff. de uſur.* nec non & in *O. C. art. 150. ibi:* Daß alles zu lang zu beſchreiben und zu erklären wäre / periculoſumq;, cum omnis in jure definitio periculoſa ſit, teſte JCto *in l. 202. ff. de R. J. Monticul. de Inv. benef. qu. 223. n. 25. ſeqq.* & eſſet hoc, non leges velle ſcribere: quarum genuina bonitas eſt, ut ſint breves, quò facilius ab Imperitis teneantur, velut emiſſa divinitùs vox ſit; jubeant non diſputent, ex *Seneca Epiſt. 5. Schönborn. polit. l. 3. c. 4. in f.* ſed Bibliothecas, aut multa librorum legalium millia effundere, ſed opprimere, velle. Hinc, uti antea monitum, omnes caſus non Majeſtatis legiſlatoriæ deciſioni commodè ſubjici queunt, ſed arbitrariæ judicis poteſtati committendi, qui commoda interpretatione, juxta *l. 11. ff. de LL.* de iis ſtatuere debet, non contra leges ſcriptas, ſed ſecundum eas, ex earum mente, ratione, analogia, ſi manifeſta eſt, ad ſimilia procedendo. *l. 12. ff. eod.* eademque, quæ omiſſa ſunt, ſed ad eandem utilitatem tendunt, interpretatione vel jurisdictione, ſupplendo, *l. 13. ff. eod.* atque ſic jura, in theſi certa, ſed in hypotheſi dubia, ad circumſtantias attemperata, applicare, atque ex univerſali lege, ſcil. naturali, explicare. vid. *Gothofr. ad l. 8. C. de judic. voc. æquitatisq;.* Quod ipſum eſt jus regere, inquit Pomponius JCtus in *l. 2. §. 13. ff. de O. J.* ibi: quantum enim eſt jus in Civitate eſſe, niſi ſint, qui jura regere poſſint? regere ſcil. non in porrectum modò, ubi id certum eſt in hypotheſi, in quo artis parum eſt, ſed & in anfractum (modus loquendi in *l. 8. ff. de S. R. P.* extans) ubi ſcil. circumſtantiarum ſinuoſi flexus ſunt. Quo in maximè ars æqui & boni: quam jus eſſe ſeu jurisprudentiam, ita definiente Celſo in *l. 1. pr. ff. de J. & J.*

nemo non novit: conſiſtit. Id quod fit ex æquitate, non apparente, ſed vera; non imaginaria, ſed rectâ ratione fundata; non legibus deſtituta, ſed adjuta; non cerebrina, ſed ex ſacrario juſtitiæ, maximè naturalis, deprompta. Sic judex legum non agit Conditorem, ſed miniſtrum; non latorem, ſed latarum interpretem & ſacerdotem, æquabilemque diſpenſatorem; nec hoc eſt legem mutare, ſed ſervare; non recedere ab ea, ſed eidem accedere; non tollere eandem, ſed tueri; rationem legis non egredi, ſed ingredi, id quod in *d. L. 1. C. de LL.* neutiquam prohibitum eſt; ſed ne ſub prætextu æquitatis à lege & mente legislatoris recedat judex. *Perez C. eod. n. 15.* Occurreret etiam hic loci quæſtio: An judex judicare debeat ſecundum Acta & probata, an ſecundum propriam ſcientiam & conſcientiam? Sed quia hæc ſæpiſſime tractata eſt, hic ſubſiſto. videſis de illa *l. 6 § veritas ff. de off. Præſid. Can. ſi Sacerdos X. de off. ordin. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Diſp. 12. th. 14. lit. E. F. it. m. Diſſert. de off. Judicis.*

§. II. Monstrat

*Quales Perſonæ Judiciis nobilium aliorumque Juriſdictione inveſtitis exercitiumve ejus habentibus præponendæ.*

Sicuti judicis officium maxime neceſſarium exiſtit, eoque carere nequit Reſp. ne litigantes in defectu judicis ad arma veniant & pacem publicam turbent. vid. *Ziegler. de off. jud. Concl. 5. §. 5.* Quod enim corpori naturali Medicus præſtare ſolet, id corpori morali præſtat judex. *Nov. 111. in præf. Juſtin. Edict.* Medico neceſſariò indiget corpus humanum, ut membra illius morboſa ad valetudinem priſtinam reducat, vel ſi ſpes omnis deficit à corpore ſeparet, ne cum parte pereat totum; Reſpublica eodem modò opus habet judice, qui membra ſocietatis putrida ſtudeat corrigere, vel ſi id fieri non poſſit, plane abſcindat, ne pars ſincera trahatur inſimul. Ita præcipuè in id incumbendum eſt Magiſtratibus, juriſdictione à Principe inveſtitis exercitiumve ejus habentibus, ut aptiſſimos, non quos favor humanus aut ſangvinis affectus commendat, judiciis ſuis præficiant; Cum enim Divina judicum ſit ordinatio & DEI miniſterium ſit, quod in ejusmodi officiis geritur, non humanum, rectæ potius rationis dictamini quam pravis affectibus in iis conferendis obtemperandum juſtiſſimusque injuriarum populo illatarum vindex extimeſcendus erit. Ingenium hic eligendi animique virtutes & publicum commodum perpendendum, non verò officii emolumenta æſtimanda, dandæ ſunt judiciis perſonæ, non perſonis judicia. Man muß die Gerichte mit Perſonen verſehen / nicht die Perſonen mit Gerichten. Gravis hanc in rem eſt admonitio *Auctoris Conſult delit. abbrev.* Und von

Verbeſſerung des Juſtitz-Weſens/*apud Wehn. p. 385 ibi*: In Beſtellung der Aemter ſoll nicht fürnehmlich darauff geſehen werden / quis ſit? Add. *Damhoud. pract. rer. Crim. c. 131. Ziegler. Dicaſt. Concl. 3.* Hinc juſtitia noſtri mandati in iſtis perſonis multas qualitates deſiderat, nimirum; Ut non ſolum Eruditi & qualificati ſed etiam honeſti & conſcientioſi eſſe debeant, cum quo convenit. *Rec. Imp. Spir. de Anno 1570.* §. Damit aber/ *68. Receſſ. Deput. Spir. de Anno 1600.* §. Dieweil aber/ ꝛc. hæ qualitates ſummatim quaſi & in compendio exponit *Chryſippus apud A. Gellium lib. 14. Noct. Attic. c. 4. Judicem*, inquiens; *qui juſtitiæ antiſtes eſt, oportere eſſe gravem, ſanctum, ſeverum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos, nocentesq; immiſericordem atq; inexorabilem, erectumq; & arduum ac potentem vi & majeſtate æquitatis veritatisq; terrificum.* Quos in ſacra ſcriptura deſcripſit Jethro in celebri conſilio, quod dedit Moſi *Exod. 18. v. 21.* verbis quidem paucioribus, ſed penetrantibus magis & ex ſtylo ſacro plus concludentibus: Provide, inquit: de omni plebe Viros Sapientes & timentes DEum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam & conſtitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos, qui judicent populum omni tempore. Quibus de impræſentiarum pluribus. Requirit itaq; in præſenti paragrapho Juſtitia noſtri Mandati in perſonis judicio deſtinatis duplicem ſalem, ſalem nimirum ſcientiæ & conſcientiæ. *in verb.* Wie ſie die ihnen anvertrauten Gerichte nicht allein mit gnugſam geſchickten und gelehrten / ſondern auch zugleich redlichen und gewiſſenhafften Perſohnen beſtellen / ꝛc. *Add. Rec. Imp. de Anno 1654. §. 161.* de quibus vulgare brocardium: Quod judex debeat habere: Salem ſcientiæ, ne ſit inſipidus & conſcientiæ ne ſit diabolicus. Conf. *Bald. in L. 2. C. de ſent. Men. 2. arbitr. caſ. 334.* Quod Eruditionem ſeu ſcientiam attinet, illa in Perſonis judicio præpoſitis omnino neceſſaria eſt. vid. *Ambroſ. 1. off. 27.* qui dicit: Non poſſe juſtitiam ſine prudentia eſſe, cum examinare quid juſtum quidve injuſtum ſit, non mediocris prudentiæ cenſeatur. Add. *Stephan. de off. jud. l. 1. c. 9. n. 16.* Inde judices legum eruditi eſſe debent. *Nov. 82. in præf.* Add. Phocylides dicens:

*Judicia & leges tantùm mandanda peritis.*

Quomodo enim jura ad facta, in rep. occurrentia applicabit eorum ignarus? Certè cervi non prodeunt in publicum, niſi habeant cornua loco armorum: cum Philoſ. ratiocinatur *Leop. Dick. in Oecon. inſtit. explic. judic. f. 352.* Cornu hoc legum ſcientiæ deſtitutus qui quæſo calumniantium expellet ini-

 quitates,

quitates, à Majeſtate ad hoc conſtitutus? fac *pr. proem. Inſt.* Qua Methodo verò prudentiam aſſequi poſſint docet *Rutger. Ruland. de Commiſſ. p. 1. l. 21.* Obiter hic quæritur. Quales judices Reſpublica Romana habuit? Et reſpondetur: Imperitos habuiſſe, hoc videri poteſt apud Anton. Merenda *l. 2. Controverſ. cap. 4. n. 4.* Juſtinianus enim ſuo tempore id inter vitia ſeculi retulit, & turpe putavit, ſicubi judex tanta non polleret juris peritia, ut ipſe litem inter partes dirimere poſſet. Digna ſunt, quæ hic adſcribantur ejus verba ex *Nov 82. pr.* Noſtris enim inquit adminiſtratoribus adſunt modis omnibus adſeſſores & ea quæ legum explicantes & occupationes adimplentes, quoniam multi detenti curis, quas apud nos habent, merito judiciorum complent partem per ſuorum præſentiam Adſeſſorum. Illi autem neq; cingulum habentes, neq; nobis miniſtrantes, niſi potuerint per ſe noſſe, quod juſtum eſt, ſed aliunde emendicare judicandi honeſtatem: quomodo non maximum vitium erit Reipublicæ, non iis qui ex ſe, quod agendum ſit, ſciant, lites tradere, ſed ſinere eos quærere alios, à quibus liceat diſcere, quæ ipſos in judicando eloqui decet: Et non fruſtra Imperator noſter Juſtinianus adhortationem ad ſtudium juris addiſcendum fecit, ut ſumma ope & alacri ſtudio ſtudium hoc ſuſciperent & diſcerent, ut aliquando Rebuspublicis Civitatibusq; bene & laudabiliter præeſſe poſſint. *Proem. Inſtit. § ult.* Certum etiam eſt, quod in Civitate Romana, ubi ſummam Juris-Conſultorum dignitatem fuiſſe conſtat, judicia tamen non à JCtis ſed plerumq; ab Equitibus (quorum pleriq; publicani erant) Tribuniſq; ærarii exerceri ſolita fuerint, quod ex Verinis & Aſconio & legibus judiciariis notum eſt. Quin & *Cic. Philipp. 1. & 5.* teſtis eſt. Antonii lege judiciaria cautum fuiſſe ut tertia judicum centuria fieret è Centurionibus, anteſignanis, manipularibus. Plura de his videri poſſunt apud *Treutlerum Diſſert. 12. th. 13. vol. 1.* Imperitiam horum Judicum ex *l. p. C. de jud. excuſat. Herm. Hoff. in Lycurg. Germ. morib. inform. c. 3. n. 28.* Quod conſcientiam judicis concernit, eleganter hanc in rem ille Hiſpanus Jano Huarto in Scrutin. ingen. Aptior mihi videtur ad Legum ſtudia, judiciorumq; ſubſellia illa ingenii ſpecies, quæ candore conſcientiæ præcellit, quam quæ fraudibus ac aſtutiâ callidâ; conſcientiâ verò deſtituatur. Hoc Sale deſtituti cauſarum Patroni, quam cladem inferant Reipublicæ, ſummi & imi hucusq; deplorant, ut vel ipſa jurisprudentia inde maculam aliquam accipere videatur; quantò magis ergò, ſi judices tales. Ejusmodi vero Sal ſecuræ conſcientiæ in judice, comprehendit omnis ſapientiæ initium, Timorem Domini. *Prov. I. v. 7.* Seu pietatem, per quam præ oculis habet DEum illiusq; imitatur exemplum, *c. 1. de*

*re judic. in 6to* Qua ſine quid boni à judice tutò ſperari poteſt in Rempubl.? Provide, inquit Jethro ad Generum Moſen, *d. l.* de omni plebe viros, timentes DEum, ſeu, ut paraphraſis habet *Dn. D. Oſiandri ad d. l.* qui ſint timentes DEI, adeoq; Pietate incluti; qui DEum, tanquam ſupremum judicem, venerantur, ei rationem reddituri commiſſi muneris: convenienter ſic ad illud Juſtiniani ſerium monitum in *l. 14. pr. C. de judic.* tales Judices & Carolina ſanctio & omnes Conſtitutiones ac Ordinationes jud. Sax. requirunt. *Add. Senec. l. 4. de virtut. Rittershuſ. Orat. 1. de judic.* Aurea etiam eſt illa admonitio Joſaphati apud Judæos, quam judicibus à ſe conſtitutis impertiit. *2. Paralip. 19. v. 6. 7.* Pietati autem juſtitia innexa eſt, *Eccleſ. 32. v. 20.* quæ docebit judicem, non prece non pretio, non odio vel amore inordinato non metu, ſed ex interno virtutis habitu, propoſito fine honeſto juris ordine ſervato absq; Perſonarum reſpectu ad judicandum accingi. Æterna hæc Divini numinis vox eſt. Diligite juſtitiam, qui judicatis orbem. *Sap. I. 1. add. Levit. 19. 15. Job. 7. 24.* Itaq; judex judicet, ſicut ſe judicari exoptat à ſupremo omnium judice, cujus judicio præfuit in terris. Add. *Cicero in Orat. pro Cluent.* Ex his qualitatibus prodire ſolet alius virtutum chorus, quæ judicem ornant & decent, ſcil *1.) Sinceritas*, non admittens mentiendi, fallendi, decipiendi, ſimulandi, diſſimulandiq; peritiam ac ſtudium. Quales quidem in hoc induſtrios, hoc malitioſo ſeculo, Politicos nuncupari, deteſtatur *Carpz. Pr. Cr. qu. 116. n. 5.* Pulchre in hanc rem ex *Alex. Alenſi, p. 3. qu. 40. membr. 4. D. Oſiand. in Theol. Caſ. p. 4. c. 4. p. 781.* Judicium eſt DEI, ideo Judex in tribus DEO confirmari debet: in poteſtate, in bonitate & in veritate. Quapropter judici in judicando magis cordi eſſe debet cuſtodia veritatis, quam obedientia voluntatis. *c. judicet 3. qu. 3.* Apud Areopagitas lege cautum fuit, ut ἄνευ πάθων καὶ προοιμίων diceret, qui cauſam agebat, ne ad miſerationem vel invidiam abducti judices à veritatis tramite deflecterent: quod ex *Ariſtot. lib. 1. Rhet. 1. c. Matth. Steph. de off. jud. l. 1. c 9 n. 13.* refert & ampliori adparatu deducit *Meurſius Areopag. cap. 1.* *2.) Humanitas.* Judex memor ſit illius Gregorii in moralibus exhibiti in *c. diſciplina diſt. 45.* Sit amor, ſed non emolliens, ſit rigor ſed non exaſperans, ſit zelus, ſed non immoderatè ſæviens, ſit pietas, ſed non plus quàm expediat parcens: Seu ut JCtus in *l. 19. pr. ff. de off. Præſ.* loquitur, in adeundo ſe facilem præbeat, non difficilem & moroſum, manſvete & humaniter, non ſuperbè & aſpere partes tractans, multo minus injuriis aut verberibus eas à petendâ juſtitiâ deterrens *l. 9. §. 2. de off. Proconſ.* ipſum

Chri-

Chriſtum qui mitis & humilis corde *Matth. 11. 29.* prædicatur & ſummos Principes, divina hac virtute præclaros, imitetur, averſatus Cyclopicam illam morum triſtitiam, ne idem audiat

*Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli;*

*Virg Æn. III. v. 621.* Attamen humanitatem iſtam decenti gravitate temperet; Unde à nimia ſubditorum familiaritate in *l. 19. pr. ff. de off. Præſid.* abſtinere jubetur. Add. *Alvarez de Velaſc. rubr. 1. annot. 7. n. 4.* 3.) *Temperantia.* Ita judex ab omni luxuriæ libidinisq; crimine alienus eſſe debet, adeò ut etiam à ſuſpicione mali vacuus ſit, illud Ovidii memori pectore premens:

*Sic agitur cenſura & ſic exempla parantur*
*Cum judex, alios quod monet, ipſe facit.*

Ebrietatem cane pejus & angve oderit, quippe quæ prudentiam evertit & & furorem conciliat. *c. 4. 5. ſeqq. diſt. 35. c. 1. 2. 7. diſt. 44. vid. Cujac. ad Tit. X. de lit. conteſt.* qui judices vino madidos ex Macrobio graphicè depingit. Imò ne quidem ad hilaritatem eo tempore, quo ad judicium iturus eſt, bibere licebit judici, ne vel remiſſior ſit in examinando vel pronior ad affectus. Aliam hic Poëtarum, aliam judicum rationem eſſe, ipſe *Horatius*, cui ſæpe vinum ingenii ſuſcitabulum fuit, ex ludicro Mæcenatis edicto comprobat *1. ep. 19.*

*--- --- forum putealq; libonis*
*Concedam ſiccis, adimam cantare ſeveris.*

vid. *Dan. Heinſ. ad Horat. d. l.*

4.) Αὐτάρκεια, ſalario & bonis, à DEO datis contenta virtus, juſtitiam non venalem habens: *per verb. n. 5.* Welche weder um ihres eigen Nutzes und ſchändlichen Gewinſts Willen/ rc. Das Armuth auszuſaugen ſuchen. Quamvis enim Poëta dicit:

*Munera, crede mihi, placant hominesq; Deosq;.*

Incidit tamen eorum acceptio in avaritiæ vitium & impoſſibile eſt ut judex non aliquo moveatur affectu in donantem. Nec fruſtrà ſanè rationem prohibitionis, cur munera accipienda non ſint, addidit ſcriptura: Quia munera excœcant oculos ſapientum & mutant verba juſtorum, *Deut. 16. v. 19. & c. 27. v. 25.* ſub ſpeciali & generali maledictione eorum, qui contra faciunt. Eſt hæc judiciorum corruptela maxima, Reip. in qua toleratur, nævus, ſumma confundens imis, juſtitiamq;, qua ſolo Reſpublicæ conſtant ac florent, de throno deturbans, illam perfectiſſimam omnium virtutum: quæ quippe

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0046-3

quippe jura omnibus diſtribuit. *Nov. 69. in præf. vid. Paris de Puteo Tr. de Synd. §. dicitur autem Syndicatus n. 1. ſeq.* Eleganter omnis elegantiæ arbiter Petronius:

*Quid faciant leges, ubi ſola pecunia regnat,*
*Aut ubi paupertas vincere nulla poteſt?*
*Ergo judicium nihil eſt niſi publica merces?*
*Atq; Eques, in caveâ qui ſedet, empta probat.*

Eſt fœdiſſima: Licet enim alia plura ſunt vitia, quæ judicis animum corrumpunt juxta verſus:

*Quatuor iſta; Timor, Odium, Dilectio, Cenſus,*
*Sæpe ſolent hominum ſanos pervertere ſenſus.*

Unde in Curia Ratisbonenſi hæc aurea aureis literis tabulæ marmoreæ inſcripta leguntur; Quisquis Senator curiam officii causâ ingrederis, ante hoc oſtium privatos affectus omnes abjicito: iram, vim, odium, amicitiam, adulationem: Reipublicæ perſonam & curam ſubjicito: Nam ut aliis æqvus aut iniqvus fueris, ita quoq; DEI judicium expectabis & ſuſtinebis. vid. *Schönborn. lib. 3. Polit. c. 24. in f. & Jaroslaib. Baron. à Smirziz in florileg. polit. de conſil. qu. 27. n. 1. p. 449.* hoc etiam ſordium nomine in jure venit, *l. 51. pr. ff. de Evict. l. 6. §. 2. ibi: Magiſtratus ab omni ſorde abſtineat, ff. ad L. jul. repet.* ubi Gothofr. notat, per ſordes aliquid facere eſt avare facere. *l. 15. §. 1. ff. de jud.* Hinc quanto facilior eſt judici aliena rapiendi & officium ſuum quæſtuarium reddendi occaſio, eo impenſius per juſtitiam noſtri Mandati è pectore ejus eradicanda erit omnis habendi cupiditas, ne dum impenſè nimis locupletari cupit, animum à juſtitia avertat. arg. *Nov. 8. præf. §. 1. in fin.* De Alexandro Severo memoriæ prodit Lampridius XVII. illum, ſi unquam furem judicem vidiſſet, paratum habuiſſe digitum, ut illi oculum erueret, vera cæcitate puniturus eum, qui non ſatis habuerat hieroglyphica juſtitiæ coecitate. Briareum procul dubio jam ſuis temporibus Petronius optaſſet ſupra alleg. loco. Neſcio, annon & noſtro ævo idem quis juſtè depoſceret. 5.) *Diligentia*, præprimis in decidendis controverſiis. Perſonæ enim judiciis præpoſitis nihil quicquam effugiant, quod ad dirimendas lites facere poſſit. *per verb. n. 8.* Welche / 2c. die Partheyen in weitläufftige Proceſſe zu verwickeln / 2c. ſuchen / 2c. Negligentia eorum eſt litium cauſa, qua peccatur in DEum, *Num. 15. v. 27. & 28.* in Principem & ipſam partem, adeoq; excuſanda haud eſt. Unde removendos dicunt eſſe judices, qui propter negligentiam inutiles ſunt, Imperatores *in l. ſi quos judices 3. C. de off. præf. præt. Orient. n. 2.* Et plerumq; remotio-

ne ob negligentiam puniuntur, quibus quid commiſſum eſt, quemadmodum punitur carceri præpoſitus *l. 8. ff. de cuſtod. reor.* Tutor, *l. 5. §. 18 ff. de ſuſpect. tut.* & ſimiles alii, quorum diligentia præ cœteris conſpicua eſſe debet. vid. *meam Diſput. Lipſ. de officio Audit.* In animo quidem fuit, adhuc alias virtutes quæ in judice deſiderantur, ſpeciatim perſequi, cum verò in immenſum me Pelagus proceſſurum conſpicerem, vela merito contraxi, plura videri poſſunt apud *Oſiand. in Theol. Caſ. p. 4. c. 4. Job. Langlæ. ſemeſtr. l. 7. c. 10. v. prudenter. Alciat. reg. 3. præſ. 9. Gail. 2. obſ. 26. n. 5.* Illud etiam monendum eſſe duxi, periculoſa quam maxime in Perſonis judicum eſſe vitia, Impietas & inde propullulantia ut ſunt: 1) Mendacitas, 2.) Inhumanitas, 3) Temulentia, 4) Avaritia munerumq; cupido, 5.) Socordia & negligentia. Add. *Manz. O C. art. 3. n. 7. 9. 11.* Hæc, ut certius fugerent judices, pia prudensq; antiquitas alibi Angelos judiciis intereſſe credi voluit: quibus proinde in Æthiopia duodecim, in editiore loco, cathedras vacuas reliquere judices, ſubſelliis inſidentes, ex *Franc. Alvarezio. Goldem. tr. de Mag. l. 3. c. 1. n. 7. & ſeqq.* alibi forum judicii templo, ceu Deorum habitaculo, fuit vicinum, ut hoc ipſo Numinis innuerent viciniam. *Plato lib. 6. de LL.* In Imper. Romano SS. Scripturæ, ſeu Evangelia, in medium poſita ad DEI præſentiam indicandam. *l. 14. pr. C de judic.* mos quidem ferè abolitus, ſubſtituto tamen Picturarum Extremi judicii uſu. *Sichard. Rubr. C. quomodo & quand. Judic. n. 7.* Sufficiant hæc: Nec enim noſtrum hîc eſt, ſpeculum judicum exhibere, quod hoc præſens Mandatum ſufficienter præſtitit. Circa ultima verba §. noſtri damit auff ein oder andern verſpührten wiedrigen Fall/ꝛc. illud notandum venit; quod Princeps, non obſtante juriſdictione Vaſallis ſuis conceſſa, Perſonas eorum judicis præpoſitas, removere & in illorum locum alias conſtituere poſſit. Juriſdictio enim dum à Principe Magiſtratui ita indulta, ut ille majorem penes ſe retinuerit. *Petr. Heig. P. 1. qu. 9. n. 1.* prono hinc alveo fluit Dominis territorialibus & ſummo Principi in ſuorum Provincilium judicia illibatam manere poteſtatem. arg. *l. 24. ff. de judic, L. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. L 3. C. de quadr. præſcript. l. 26. §. fin. ff. ex quib. cauſ. Weſenb. conſ. 97. n. 2. p. 2.*

## §. III. Tractat
## *Quomodo oppoſitio Exceptionum in Proceſſu Executivo contra Documenta guarentigiata facienda.*

Progreſſum facio ad §. 3. noſtri Mandati, qui ſe ad *Reſol. grav.* & quidem *ad tit.* von *Juſtitien*-Sachen §. 3. refert, cujus tenor in ſequentibus conſiſtit; Quod Debitor exceptiones ſuas intra 3. hebdomad. à tempore inſinua-

ſinuati libelli computandas (niſi ulteriorem dilationem impetraverit) in ſcriptis exhibere & judici proponere teneatur, eô vero ſpatiô neglectô aut dilatione non petitâ in ipſa Executione, excepta exceptione ſolutionis aut compenſationis intra terminum Executionis liquidæ ulteriùs nulla alia exceptio, quamvis illa ex natura ipſius Contractûs dependeat aut ex inſpectione ipſius Inſtrumenti verificari poſſit, admitti debeat. Concordat. Deciſ. El. Sax. 2. verſ Damit wir nun hierinnen / 2c. Si modò, quod fori uſus deſiderat, harum exceptionum oppoſitio in citatione fuerit injuncta *Dn. Schwend. proc. Fibig p. 1149.* Circa explicationem hujus §. nihil occurrit, quod non ad nauſeam usq; à multis jam jam pertractatum & fuſius enodatum ſit. Ne igitur ſic actum agam, aliorumq; labores meos faciam, qui plura videre cupiunt, brevitatis ergo ad Scriptores Saxonicos præcipuè *D. Philippi Obſervat. ad Dec. El. & Nicol. Proceſſ.* remitto. Sed *quænam Exceptiones in Proceſſu Executivo admittantur?* hiç quæritur? Et hanc quæſtionem latè pertractant, *Berlich. P. 1. Concl. 84. per tot.* ubi quinquaginta quinq; refert. *Carpz. in Proc. tit. 22 art. 3. in Juriſpr. for. P. 1. C. 32. def. 54. & ſeqq. Dn. Brunnem. in Proc. Civ. c. 1. n. 50.* Porro etiam hic moveri poteſt quæſtio: *An non contra inſtrumentum quarentigiatum Reo poſt factam recognitionem ordinaria Reprobatio per teſtes vel documenta aliasque ſpecies probationis ſit concedenda?* Et dicendum videtur quod non, Obſtat enim non ſolum præſens Mandatum & ibid. alleg. Reſol. gravam. ac Deciſ. Elect. ſed & communis Dd. opinio, quia Rei Exceptiones inſtitutô hôc Proceſſu in continenti vel ex actis vel ex Inſtrumentis liquidis, vel adverſarii confeſſione ſunt demonſtrandæ, Und ordinaria reprobatio & formatio articulorum omnino ceſſat. *Carpz. lib. 2. Reſp. 7. n. 12. & 13. Moller. lib. 2. ſemeſtr. 19. n. 2. Nicolai in Proc. p. 3. c. 3. n. 5.* Tandem etiam hæc quæſtio luſtranda venit. *An reus ſpatio trium ſeptimanarum neglecto, præter exceptiones ſolutionis & compenſationis non etiam aliis ex his provenientibus*, puta Uſurariæ pravitatis, &c. *ad impediendam executionem uti queat?* Et reſpondetur quod poſſit; Non ſolum, quia *Nicolai in Proc P. 3. c. 12. n. 8.* refert: Præſcriptionis & uſurariæ pravitatis nec non reſtitutionis in integrum ac nullitatis Exceptiones incontinenti liquidas etiam hodie in noſtro foro admitti, nec per ſupra alleg. ſanction. noviſſ. excluſas eſſe; Ita quoad præſcriptionem deciſum ſit *Term. Trinit. 1662. in cauſa* G. von Bünau contra

 Chri-

Chriſtoph Vitzthums Erben / ſed etiam ante paucos annos in cauſa U. v. M. contra D. v. S. & in cauſa D. W. E. contra *N. N.* Exceptio uſurariæ pravitatis, contra Executionem cum annexâ eventuali appellatione oppoſita, in conſiderationem tracta fuerit. Add. egregium Reſponſum Excellent. Dnn JCtorum Lipſ. de anno 1686. M. Majo in ſequentibus conſiſtens: So entſtehet die Frage ob der 6te Zinß-Gülden in ſortem imputiret und dieſe Exceptio Uſurariæ pravitatis annoch in Termino Executionis mit Beſtande opponiret werden können? Ob nun wohl der von H. vor ſich angeführet / daß ſolche Exception nebenſt andern in der Appellations-Inſtanz allbereit vorkommen / daſelbſt aber verworffen und folgender Geſtalt erkandt worden:

Die übrigen vorgeſchützten Exceptiones ſeynd anhero nicht gehörig / Es iſt aber Beklagten unbenommen / ſolche in der Reconvention auszuführen.

Hierüber es damit nunmehro zu ſpäth zu ſeyn ſcheinet / indem nach klarer Verordnung der Rechte in Termino Executionis keine Exception als ſolutionis und compenſationis ferner ſtatt findet. Demnach aber und dieweil die Exceptio Uſurariæ pravitatis und wenn das zu viel bezahlte in ſortem zu imputiren urgiret wird / die Exceptiones ſolutionis & compenſationis in effectu in ſich begreifft; Im übrigen euerm anziehen nach / als in der Appellations-Inſtanz die Sache ventiliret worden / der Paſſus Uſurariæ pravitatis dahin nicht mit devolviret geweſen / ſondern annoch in primâ inſtantiâ, in der Leuterung / worüber geraume Zeit hernach allererſt erkannt / tractiret / auch dahero in dem Urtel dieſe Exception nicht vor unzuläßlich / ſondern nur daß ſie vor das Appellation-Gericht nicht gehörig erkannt / und ob gleich Beklagten / ſelbige in der Reconvention ausfündig zu machen vorbehalten / jedoch ihm hierdurch ſelbige annoch bey der Convention auszuführen nicht eben benommen worden / So werdet ihr auch damit und zwar in ipſo Termino Executionis nicht unbillig gehöret / ꝛc. Et de reſtitutione in integrum eſt *Deciſio Noviſſ. 15* ſatis clara. Quod ultima verba §. noſtri Sondern auch hierüber wenn gleich die Parthey darum nicht anſuchte / nichts deſto weniger ex officio alsbald in der erſten Citation die Einſchickung der Exceptionen anzuordnen gehalten ſeyn ſollen / ꝛc. attinet, tendunt illa ad impediendas protelationes litium (licet regulariter Citatio conformis eſſe debeat petitioni Impetrantis,) ne Proceſſus, maximè in cauſis executivis, tamdiu in jacturam Creditoris ſuſpendatur & Reus occaſionem habeat in termino ad recognoſcendam præfixo, ad Actoris replicationem ſic conceptam.

Klä-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0050-5

Kläger

Erſiehet / daß Beklagter zwar in Termino ſich geſtellet / aber an ſtatt der geforderten Recognition einige vermeinte Ausflüchte eingewendet. Man achtet ſich aber auff dieſelben Antwort zu geben/dahero nicht ſchuldig / weil Beklagter ſelbige Inhalts der Neuen Erledigung und Deciſion nicht binnen drey Wochen à die inſinuatæ Citationis eingeſchicket und ſich alſo notoriè daran verſäumet / ſondern bittet vielmehr Beklagten / in fernerer Unterbleibung/ die Recognition ſub præjudicio cum refuſione expenſarum zu injungiren. Weswegen Kläger / ſich allen Fals die Ungehorſams-Beſchuldigung bedinget.

*Duplicationem ſequentem in modum proponere:*

Beklagter

Repetiret ſeine wohlgegründeten Exceptiones nochmahls anhero / und will nimmermehr hoffen daß auff die Verſäumnüß derſelben werde geſprochen werden; Denn was die Erledigung der Landes-Gebrauch und Neuen Deciſion betrifft/ hat deren Meinung vermöge der in denen Gerichten hergebrachten üblichen Obſervanz, ſo dann erſt ihren Effect, wenn die Citation zugleich auff Einſchickung derer Exceptionen binnen gehöriger Friſt eingerichtet / welches aber / indem es hier nicht obſerviret auch von Gegentheilen keine Anregung gethan worden / Beklagten zu ſtatten kommen muß / dahero man ſich um ſo viel deſto weniger vor Gegentheils angedroheter Ungehorſams-Beſchuidigung zu fürchten Urſache hat / Sondern Beklagter bittet Klägern die Einlaſſung auff ſolche Exceptiones cum refuſione expenſarum wie ſie infra zu leidlicher moderation liquidiret ſamt angehengter Verwarnung / daß in fernerer Verbleibung darauff erkannt werden ſolle / zu injungiren. Formulam pronunciandi tradit *Excellent. Dn. Schwendendörff. Patronus atq; Præceptor meus maximò honoris cultu deveneraudus, in Not. ad Fibig. p. m. 1150.*

§ IV. Exhibet

## *Quid judex ratione Exceptionum Legitimationis, Gvarandæ & ſatisdationis pro reconventione & expenſis obſervare debeat.*

Et ſi regulariter gvaranda & ſatisdatio pro reconventione & expenſis ab Actore non debeat præſtari, niſi Reus eam in limine judicii & primo ſtatim in termino petierit. Land-Recht *lib. 1. art. 63. verſ.* So bitte jener / ꝛc. *Conſtit. Elect. Aug. 3. part. 1.* cum concernat potiſſime jus ipſius partis, nec judex illas ex officio Actori injungere poteſt, *Moller. ad Conſt. 4. P. 1. n. 3. ſeqq.* Sunt enim dilatoriæ exceptiones, adeoq; ad inſtar aliarum in

 pri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0051-0

primo termino opponendæ, idq; ſi negligatur, ut aliæ dilatoriæ perditæ cenſentur. *Carpz. lib. 2. Reſp. 9. n. 10. Berlich. P. 1. Concl. 19. n. 1. & 2.* Imo præſumitur Reus renunciaſſe gvarandæ & Satisdationi, ſi in primo termino eam non exigat. *Zanger. de except. p. 2. c. 21. n. 1* Unde formula ſſententionandi: Daß Kläger nunmehro mit Angelobung der Gewehr/ (mit Beſtellung des Vorſtandes) zu verſchonen. Attamen juſtitia præſentis Mandati ad præcidendas multas litium ambages, requirit, quod ſtatim in principio Proceſſus, ante emiſſam Citationem, exhibenda ſit legitimatio perſonarum quoad Actorem, & quidem in judicio Appellationum Secretario in inferioribus judiciis Actuariis, ſimulq; ab Actore haud poſſeſſionato aut ejus procuratore cautio pro reconventione & Expenſis & Gvaranda præſtanda; Et illud quoq; deſiderat *in mandato n. allegatus §. 17. Reſolut. Gravam. tit.* von Juſtitien-Sachen *verſ.* Dieſem nun/ ꝛc. Aſt quia verba ejusdem luce meridiana clariora ſunt, non opus erit, ut in evolutione prolixiorem me reddam, ſed plura deſiderantes ad Autores ſupra alleg. remittens, hic pedem figo.

## §. V. Præoccupatus est

## *Circa conceſſionem dilationum.*

Judex ante omnia caveat, ne in concedendis dilationibus vel liberalis nimis ſit, vel etiam nimis parcus. Longiorum enim, inquit *Dn. Brunn. in Proc. Civ. cap. 1. n. 63. ex Anton. Fabri conſil.* judicii morarum cauſam ex parte reſidere in judicibus, qui toto ſtudio in hoc incumbere debent, ne lites tam longas fieri patiantur. Unde crudelis iſta miſericordia eſt litigatoribus favendo lites fovere: Quod enim de bello olim quidam dicebant, id de lite dici poteſt, nullam eſſe juſtam litem, niſi quæ ſit neceſſaria. Et ſi neceſſaria ſit, injuſtam tamen fieri, niſi celerrimè, quantum fieri poſſit, finiatur. Noluerunt itaq; tam jura communia, *vid. l. 2. pr. C. de tempor. appell. Gail. 1. Obſ. 91. n. 2. & 3. ibiq; Graven. Vallenſ. in parat. jur. Can. tit. de dilat. §. 1. n. 5. 6. Frider. Hildorp. in Proceſſ. p. 2. tit. 35. n. 39. Receſſ. Imp. Ratisbon. de anno 1594. §.* Und demnach/ ꝛc. quam Provincialia, *Reſolut. gravam. Sax. tit.* von Juſtitien-Sachen §. Nachdem auch zum 21. und 22. *Ordin. Proc. jud. Magdeb. cap. 31.* Es ſoll aber mit dem *Examine, &c.* liberum hic judici relinquere arbitrium ſed certos præſcripſerunt limites, intra quos continere ſe debeat, & per haſce Conſtitutiones ſententia eorum, quæ ultra quartam etiam quintam, ſextam & ulteriores concedi debere dilationes. ſtatuunt, inter quos poſt *Bald. in l. ult. n. 9. ff. de feriis & Paul. de Caſtro n. 4.* ſunt. *Nicolaus Calvolus in prax. §. dilatio 10. concl 3. n. 31. Ummius ad Proc. Diſp. 7. n. 15.* refellitur. Add. *Noviſſ. Receſſ. Imper. de anno 1654. §.* den *punctum*

*ctum*, *&c.* præprimis autem juſtitia noſtri Mandati judici injungit, ne ſine ratione & niſi prius de impedimento legitimo conſtet, concedendo dilationes indulgeat litigantium malitiis, cum magno adverſæ partis præjudicio, ne in infinitum lites protrahantur contra *l. properandum 13. C. de jud.* Legitimorum vero Impedimentorum nomine quæ intelligenda, arbitrio prudentis & diſcreti judicis relinquitur. *Zanger. de Except. part. 2. cap. 9. n. 13.* Et communiter ſequentia probantur, ſcil. captivitas, Adverſa Valetudo, tam proprius quam Conjugis, Liberorum & conſangvineorum, Funus Mulieris aliorumq; cognatorum, Peregrinatio extra fines, Expeditio publica ſeu abſentia Reipublicæ cauſa, Abſentia Studiorum causâ, tempeſtas ventorum & pluviarum, aut vis fluminis, Periculum peſtilentiæ aut alterius morbi contagioſi, Carentia & morbus Advocati, quando alius haberi nequit, Locus non tutus, defectus documentorum, abſentia teſtium, &c. Nunquam autem concedenda eſt dilatio, niſi de impedimento, quod Producentem allegare ac in continenti probare oportet, *Ordin. Cam. p. 3. tit. 16. §, 6. verſ.* Und hinfüro keinem / ꝛc. *Reſolut. grav. tit.* von *Juſtitien*-Sachen / *§. 21.* Ex quo ſemper cauſæ cognitio, niſi pars adverſa ſponte in dilationem conſentiat eſt neceſſaria. *l. à procedente 4. C. de dilat. ubi Brunnem. n. 1. & 2.* ***An non dilationem petens legitima impedimenta per juramentum probari poſſit?*** hic quæſtionis eſt: Et reſpondetur quod ſic: *Nov. 90. c. 4. & c. in cauſis X. de teſt. O. Cam. P. 3. tit. 11. §. Item* als auch 5. ꝛc. *Rec. Imper. Ratisbon. de anno 1654. §. 50. verſ.* Als ſoll es / ꝛc. *Reſol. gravam. §. 21. & 22.* von *Juſtitien*-Sachen / modò ſit fide dignus ſeu perſona perjurii non ſuſpecta. Formula juramenti talis eſſe poteſt:

Jch N. N. ſchwere / daß ich aus keinem Betrug / arger Liſt und Gefehrde / ſondern wegen / ꝛc. die dritte Friſt zu Ubergebung des in Sachen mich Klägers an einem: N. N. Beklagten andern Theils zuerkannten Beweiſes geſuchet; So wohr mir GOtt helffe und ſein Heiliges Wort.

Antequam hunc §. concludam hæc quæſtio adjicienda erit: ***An dilatio ex falſa cauſa impetrata detecta falſitate pro non data & per conſequentiam probatio vel reprobatio pro deſerta ſit pronuncianda?*** Ita putat *Berlich. P. 2. Deciſ. 182.* Hæc quæſtio *in cauſa* D.S.G.O. *contra* J.G.H.W. u. E. coram Commiſſione in Curia Dresd. ventilata eſt ſequentem in modum:

Kläger und Reproduct.

Hat ſich gleicher Geſtalt in Termino gebührend geſtellet / und erſe-

hen / was maſſen Beklagter und Reproducent die bey ſeinem Gegen-Beweiſe denominirten Gezeugen abſentes tanquam præſentes produciren und auff geſchehenes Auſſenbleiben deren Ungehorſam beſchuldigen wollen / Allein es wird mit dieſer Zeugen Verhör zu verfahren dahero nicht nöthig ſeyn / indem der Gegen-Beweis unſtreitig vor erloſchen zu halten. Denn da hat Reproducent nach Verflieſſung der erſten im Urtel verſtatteten Friſt die ander und dritte dilation ausbracht / unter dem Vorwand / er müſte mit denen Zeugen ſo weit entlegen wohneten / conferiren / da er doch eines Theils ſein Vorgeben nicht mit einem jota beſcheiniget / andern Theils ein Zeug-Führer nur ſeine Beweiß-Articul übergeben mit denen Zeugen aber nicht conferiren und ſelbige zuvorhero vernehmen darff. Wann denn Rechtens quod dilatio ex falſa cauſa impetrata, detecta falſitate pro deſerta ſit pronuncianda, ceſſante enim cauſa dilationis, ceſſat ipſa dilatio. *Bald. in l. 1. ff. de off. ejus cui mand. eſt jurisd. n. 4. Ludov. Roman. Conſ. 503. n. 8.* & ejusmoni dilatio ſub- & obreptitie impetrata cenſetur: Hinc detecta falſa cauſa & ſubreptione nullum habet effectum *Oldrad. Conſ. 81. n. 1. & Conſil. 277. n. 17.* Als bittet Reproduct zu erkennen und auszuſprechen / Daß Beklagtens Gegen-Beweiß deſert und erloſchen auch ſelbiger die dadurch verurſachten Unkoſten zu erſtatten ſchuldig ſey. Reus ita reſpondebat.

Beklagter und Reproducent.

Siehet daß Kläger und Reproduct ſeinen Gegen-Beweiß dahero vor deſert und nunmehro die angeordneten Zeugen Verhör nicht nöthig halten wollen / weil die andere und dritte dilation ex falſa cauſa extrahiret worden; Gleichwie aber Gegentheils Vorgeben hoc in paſſu conſtanter wiederſprochen wird; Alſo hat Reproducent allerdings höchſt nöthig gehabt information von den Zeugen zuförderſt einzuholen / damit er die Articul darauff einrichten können; Uber diß ſo wird die ander und dritte dilation gar gerne verſtattet / ſtehet auch in des Richters Arbitrio wie weit er dieſem oder jenem Vorbringen glauben will / Inmaſſen der Judex die ſtreitige Impedimenta vor ſufficient gehalten / und ohnweigerlich weitere dilation concediret; Daher Reproductens ungegründetes Einſtreuen nichts fruchten / ſondern ſeinem bitten nach auff anderweite Pœnal-Citation erkannt werden wird.

Reproductus quidem in ſua opinione permanſit, nihilominus tamen ob favorem probationis à judice ſemel attentum, cujus intuitu petita prorogatio non denegata habetur pro conceſſa. *Alleg. p. 5. d. 161. Dn. Schwend. ad Proc. Fib. p. 749. ſeq.* M. Jun. 1688. Dn. Scab. Lipſ. ita pronunciarunt:

Daß

Daß Klägers Suchen nicht ſtatt hat / ſondern es wird mit Abhörung der angegebenen Zeugen über die eingereichten Gegen-Beweis-Articul billich verfahren / und ſeynd dieſe nach anderweit vorgehender Ladung bey der in der Proceſs-Ordnung enthaltenen Straffe zu erſcheinen und das erforderte Zeugnüß zu erſtatten ſchuldig / V. R. W.

§. VI. INFORMAT

*Quomodo Citationes inſinuandæ.*

Non novum ſed tritiſſimum æquè ac vetuſtiſſimum eſt: Citationem eſſe fundamentum & baſin totius judicii, *§. fin. J. de pœn. temerè litigantium, L. unoquoq; 57. de R. jud. conf. Barboſ. ad L. 7. ff. de jud. n. 26. Hill. ad Donell. L. 23. c. 1. lit. H. & Dd. quos ibi citat*; & Proceſſus initium *Clem. 2. ut lite pendente*, reſpectu Judicis ſcil. & jurisdictionis, ita ut præventionem inducat, *Maſcard. de prob. 3. P. Concl. 1227. in pr. n. 6.* non vero meritorum cauſæ, *B. Dn. Brunnem. P. C. c. 3. n. 1. Ayrer. Proc. c. 3. O. 2. n. 1.* Si in ejusdem inquiramus natales, illos non ex Juris Civilis, Saxonici aut Canonici fluere videas monumentis, quin potius ex ipſa omninm jurium fonte, natura, *l. 1. §. 11. ff. ſi quadrup. paup. fec. dic. c. jus naturale, 7. diſt. 1.* ideo quod ſciamus eandem defenſionis ſpeciem, per tradita *Mynſ. c. 60. n. 6.* & hanc omni animentium generi teſte *Cic. in off. lib. 1.* ab ipſa naturæ inditam. *l. 3. ff. de J. & J.* cujus ratio dictitat admonendo quemlibet ad ſe ſuumq; ſtatum conſervandum, hinc omne animal ſimul ut ortum eſt ſe ipſum & omnes ſuas partes diligit, idq; habet propoſitum quaſi finem & extremum ſe ut cuſtodiat & defendat, in quam optimo ſui generis ſtatu *id. lib. 5. de finib.* Divini ſimul juris eſſe, erudieris, ſacrum inſpiciendo Codicem. Etenim DEus ter opt. ter maximus Adamum delinquentem & proh! peccatorum ſordibus pollutum, non puniebat citra admiſſi criminis purgationem auditam, ſed vocando dixit: Adam ubi es? *Geneſ. 3. verſ. 9.* textum huic convenientem ſuppeditat; juris Canonici *c. DEus omnipotens 20. c. 2. qu. 1.* ibi: *dextra Altipotentis noluit prius punire Sodomorum cœlum euntia delicta, quam ipſe inveſtigatione & fidelibus teſtibus certior factus, illorum opera peſſima aperto comprobaſſet judicio*; alios ut prætéream brevitatis ergo ſacros textus, addi poteſt *Clem. 2. de V. S.* Et quis ſacrarum literarum divinarumq; revelationum prorſus expers, cui non innotuerit & ultimum ultimi judicii actum, in adventu orbis ſervatoris totiusq; humani generis Redemptoris, à Citatione inchoatum iri, ubi non obſcurè loquente ſacra ſcriptura *Matth. 24. v. 31. 1. ad Corinth. 15. v. 52. 1. ad Theſſal. 4. v. 16.* omnes, qui unquam ex hac colluvie hominum in cœleſtem migrarunt Patriam, quiq; adhuc in hac miſeria-

rum valle fabulam agunt, Præconia Angelorum voce citabuntur. Ex quibus adhuc clarius elucefcit Citationem ipſi Naturæ hujus Autori debere originem, ſicq; eſſentialem omnis judicii partem efficere, ita ut nec in ſummaria cognitione omitti poſſit; *Anchoranus qu. 35. lib. 1. n. 4. Dn. Brunn. ad L. quoquod; 47. ff. de re jud. n. 7.* Nec in Crimine, ubi factum notorium, quod uno exemplo ex ipſo veritatis fonte *Geneſ. 4. v. 10.* petito, confirmaſſe ſufficiet: Scilicet cum Fratricidarum omnium primus, Cain, Abelem fratrem ſuum clanculum è medio ſuſtuliſſet, juſtitiæ cuſtos ſummus DEus, prius Cainum vocare eumq; videre ac probare voluit, quam judicare unde eum interrogavit? Quid feciſti, ſangvis Fratris tui clamat ad me deterrâ. *Geminianus dict. Conſil. 53. n. 2. Add. Baldus ad l. eum fratrem 9. C. de his quib. ut indign.* Etiam apud gentes eandem in uſu fuiſſe certiores reddimur ex *Carpz. L. 2. Reſp. 46. n. 24.* de jure Civili & Saxonico, quippe quæ certam Citationi formam præſcripsêre, ut videre eſt *ex tit. 4. lib. 2. ff. de in jus vocand. tit. 2. lib. 2. C. eod.* Land-Recht *lib. 3. art. 78.* R. S. O. *tit. 4.* minus hæret dubium. Inde concludendum; Citationem nemini imò nec diabolo denegandam, quare ejus defectus nec à Principe vel ſtatuto ſuppleri, multo minus taceam, tolli aut negligi poterit, quoniam ea; quæ ex juris naturalis conſtitutione proficiſcuntur Princeps ex plenitudine poteſtatis ſumma invalidare nequit, *Menoch. Reſp. cauſ. fin. 2. n. 87. Bachov. diſp. 4. th. 8.* & iisdem (dum reſpectu hujus juris eum ſubdito ejusdem eſt conditionis) parere tenetur. Hinc rectè contra *Ancham conſ. 263.* ſtatuit *Termineus*; Citationem nequidem ab Imperatore vel Papa o mitti poſſe, & ſi contra fecerint, Proceſſus ipſo jure nullus eſt non modo vitiatur. *Schurff. Cent. 2. conſ. 9. n. 1.* Cautè idcirco judex agat, ne vel in judicando vel exequendo quid attentet, niſi utraq; parte citata, dum absq; citatione ſufficienter informari nequit. *Carpz. lib. 1. Reſp. 10. n. 2.* Unde de ea facienda licet adverſa pars non excipiat, pronunciatur: Würde Kläger Beklagten gebührend citiren laſſen / ſo ergehet ferner / was recht iſt.

Hic ſuboritur quæſtio: *An non dentur caſus, in quibus ventilandis nulla exiſtente citatione præviâ procedendum?* Et reſpondetur omninò. Si nullum præjudicium afferatur, quando Judex providet ſcandalo, in remed. l. ult. C. de Edict. div. Hadrian. toll. quando propter contumaciam in non reſpondendo poſitionibus quis pro confeſſo & convicto declaratur, ſi judex teſtis dictum ſive dubium & obſcurum declarat, Citatio etiam non requiritur in ſententia, qua judex proceſſum declarat nullum, qui revera nullus eſt, nec in ſententia qua furioſo bonorum ſuorum admi-

adminiſtratio interdicitur, nec in actu qui invitâ altera parte expediri poteſt, nec ad prius facti declarationem, nec non in iis, quæ ad informandum modo judicem fiunt, quando periculum eſt in mora, in captura alicujus, in pronunciatione laudi, in inquiſitione.

Sufficiat huc usq; de origine, neceſſitate & omiſſione Citationis dixiſſe, circa conceptionem ejus non eſt; ut occupatus ſim. Siquidem omnes Authores, qui de Proceſſu ſcripſerunt, multoties formam & requiſita Citationis tradiderunt, remittendo ita benevolum lectorem ad illos, nunc §. præſentem breviter inſpiciamus. Non ſufficit autem Citationem ritè eſſe conceptam ſed juſtitia noſtri mandati inſuper requirit: Ut etiam inſinuatio ante omnia ritè fiat, non uti hactenus, Advocatis, Procuratoribus & Curatoribus mulierum, ſed ipſis citandis, ſive ſint maſculini ſive fœminini ſexus, ad domum. *Quid ſi citandus plures habeat ædes?* Executio citationis ad eas fiet in quibus pro majore parte anni egit, *arg. clem. cauſam, 3. ibi: domo quam de Elect.* ſin æquali tempore in omnibus moratus fuerit, ibi, citandus eſt, ubi citationis tempore, *Damboud. in P. Civ. c. 59.* quod nuncii jurati aliiq; quibus inſinuatio citationum committitur bene obſervare debeant, ſi enim de inſinuatione prædicto modo peracta non conſtat, ceſſat accuſatio contumaciæ. *Mynſing. cent. 2. obſ. 61.* Si autem univerſitas, civitas communio vel collegium aliquot citandum venit, inſinuatio Citationis facienda reſp. conſuli regenti vel ad locum Seſſionis, Tribunis, (Viertelmeiſtern) Senioribus, Schultheiſiis vel Convocatoribus, Heimbürgen / Concordat *Ordin. judic. Trib. Regii Viſmar. p. 2. tit. 4. §. 5. verſ.* Wenn wieder eine Stadt / ꝛc. Et hic inſinuandi modus ratione Vaſallorum & Subditorum hujus Electoratus ac Provinciarum obſervandus. ***Cur autem inſinuatio Procuratori fieri non debeat cum tamen ille litis Dominus fieri dicitur?*** per L. 22. 23. (de procur. hic quæritur: Rationes denegandi absq; dubio ſunt, quia talis inſinuatio hactenus multa incommoda, dùm ob dominium hoc Jure Sax. ceſſans procurator facilius mutari poteſt, peperit cauſavit & Proceſſus retardavit, Reipublicæ autem & partium litigantium intereſt, lites citò finiri, remoræq; obicem poni, unde pro tractio litis metuenda eſt. 2.) maxima cura adhibenda ut inſinuatio fiat ad manus Principalis ipſius, ſi ejus copia haberi poteſt. 3.) hodiernis moribus iſtud in mera fictione fundatum litis Dominium planè ceſſat & hodierni procuratores non pro litium Dominis, habentur, hinc non tantùm tam ante, quam poſt litem conteſtatam iis inſciis & invitis de cauſa in

judicium deducta poteſt tranſigi. *Carpz. P. 3. Deciſ. 246.* ſed etiam poſſunt revocari. *Granew. de Legib. abrog. ad L. 22. C. de Procurat. n. 1.* idq; obtinet tàm in Procuratoribus ordinariis, quam aliis. Aliud autem obtinet, ſi litigantes extra Provincias Saxonicas aut paulò remotius à loco judicii habitant, hoc in paſſu poſt primæ Citationis legitimam inſinuationem reliquæ eorum Procuratori, legitimum & ad omnes actus ſpeciales extenſum mandatum habenti, (de cujus requiſitis vid. *Martin. in Comment. ad O. Proc. tit. 7. §. 7. ſeqq. p. m. 276.*) qualis neceſſariò conſtituendus eſt, ne Actor multis incommodis afficiatur & multiplicibus ſumptibus defatigetur, ritè inſinuari poſſunt.

Hic lubet quærere: *An judex poſſit jubere ut in Perſona quis comparcat?* Et licet Regulariter nemo teneatur juſſum talem implere, *König. in Proc. c. 39. n. 15. Schrad. de feud. P. 10. p. 18. n. 75. Pacian. de prob. l. 2. c. 48. n. 9.* Exceptio tamen eſt in Criminalibus & matrimonialibus. *l. pen. §. ad Crimen ff. de publ. jud. Mynſ. c. 4. B. 58.* ut & in cauſis cambialibus. Leipz. Handels-Gerichts-*O. tit. 7. pr.* Quia etiam in nonnullis judiciis Cives ad inſtantiam adverſarii ſine juſſu judicis à Lictoribus ſæpe citantur, exſurgit hæc quæſtio: *An Lictori, ſine juſſu judicis citanti ad inſtantiam partis, ſit parendum?* Et reſpondetur breviſſimis quod non. Citatio enim abſq; mandato judicis facta eſt nulla. *L. 1. ubi Cyn. Col. 2. verſ. primo requiritur, C. de dilat. L. in neminem ubi Bartol. aliiq; Dd. C. ad exhib. & Dd. in c. 1. x. de jud.* nec etiam illud præſumitur, quia eſt facti. *Ayrer. Proc. P. 1. c. 3. O. 2. n. 10. Sed quid ſi inſtent verbis immodeſtis, An poſſint ſine injuria judicis domo expelli?* Certè ſi admoniti non velint recedere, id licere aſſerere auſim, cum nemini permiſſum alteri in ſuis, moleſtias creare ædibus, ſine cauſa juſta. *arg. l. 18. de in jus vocand.* Land-Recht / *l. 2. à 60.* Unde ille Pictor, welcher dem Gerichts-Knecht / loſer Worte halber / die er ihm bey der Vorforderung in ſeinem Logiament gegeben / und weil er nicht fortgehen wollen / die Treppe hinab geworffen / dabey aber doch in währendem fallen um Verzeihung und daß er nunmehro das Geleite vollends mit nehmen ſollen / gebethen / ab omni pœna immunis permanſit. Quandoq; Lictores à judicibus ob immodeſtiam puniuntur. Ita non procul ab hinc in aliqua civitate Lictoribus ob inſolentias erga certos Artifices in tentatas, à nobil. atq; Prudent. Magiſtratu Urbano pœna numellarum injuncta fuit. Sie ſind ans Hals-Eiſen männiglich anzuſchauen / geſtellet worden. Plura hic non minus jucunda agi-

tari à nobis poſſent, niſi ea tractatui potius ſcribendo, quam Diſputationi inſervirent.

## §. VII. Docet
## *Quid judicem circa receptionem Appellationum facere oporteat.*

Admodum ſcite & eleganter ſaluberrimum Appellationis remedium ab Auguſto noſtro Juſtiniano vocatur juvamen, *l. 5. §. 4. in fin. C. de temp. & reparat. appellat. à Papin. in l. 3. ff. rat. rem. hab.* à Conſulentibus & Interpp. præſidium innocentiæ, *Alex. de Imola in conſ. 113. vol. Schneidew. ad Rubr. Inſtit. de Interd. de Interd. n. 17.* levamen injuſtè oppreſſorum & theriaca contra injuſtæ judicis Sententiæ venenum, *Lancell. de attent. c. 12. n. 83.* Sicuti enim hæc eſt medicina præſtantiſſima adverſus omnes beſtias venenatas, & de ea notiſſimus ille Philonis verſiculus circumfertur: Εὕρημα πρὸς πολλὰς ἐμοὶ παθῶν ὀδύνας. h. e. omnes viſceribus collectos diſſipo morbos: Ita quoq; prædictum beneficium prodeſſe contra venenum judicis, & præſidium eſſe innocentiæ, ex aliis refert & probat *Moller. lib. 4. ſemeſtr. cap. 33. n. 5.* Ad hoc enim tanquam ad ſacram Anchoram, tutumq; aſylum iniquitate vel imperitia ſententiæ à priori judice prolatæ, læſi & gravatæ confugere & ſe contra omnes injurias tueri poſſunt. *l. ſi quis 30. C. de Appell.* Eſt autem Appellationis uſus antiquiſſimus, & communi ratione, gravatis adverſus iniquitatem & injuſtitiam judicantium ſubveniendum eſſe, dictitante, apud omnes ferè gentes receptus, uti tam ex ſacris, quam profanis oraculis apparet. vid. *Joſeph. 3. antiqu. 3. Beſold. tr. de Appell. c. 1. Bachov. ad Treutl. pr. de Appell.* Ipſe D. Paulus cum ſuſpectum haberet Feſtum Porcium, quem noverat argentangina laborare, plus juſto judæis favere, eoq; timeret, ne innocentia malitiæ & poteſtati judicantis cedere cogeretur, ad Tribunal Cæſaris provocaſſe legitur. *Actor. XXV. n. 11.* uti etiam Appellationis veſtigium reperitur. *Exod. 18. v. 22.* Sic *Ariſtot. 2. polit. c. 6.* ſcriptum reliquit, Hippodamum Mileſium Euriphontis filium, qui civitatum ſeu politiæ diviſionem invenit, poſuiſſe unum judicium principale, ad quod male judicata omnia revocarentur, ex ſenibus quibusdam delectis. Huc accedit ex hiſtoria Reipublicæ Romanæ factum Horatii, qui ob interfectam ſororem perduellionis à Duumviris damnatus, permiſſu regis ad populum provocavit & abſolutus eſt, *Liv. lib. 1. dec. 1.* Inde remedium hoc appellationis ex jure gentium, ex quo itidem ſunt commercia, diſtinctiones dominiorum & judicia, *l. 5. ff. de juſt. & jur.* originem formamq; eſſentialem, quæ in ſimplici jure interponendæ & proſequendæ Appellationis, apud

Magiſtratum, etiam per ſolam officii judicis implorationem conſiſtit, traxiſſe evincitur. *Add. Beuther. tr. de Appell. c. 1.* Licet vel ratione ſimplicis approbationis, vel ratione formæ ſpecialis, ſed ejus tamen accidentalis, quam appellationes in multis diverſis Rebuspubl. propriam & diverſam acceperunt, ad jus civile referri poſſe, nullus dubitem, exemplo Contractuum & obligationum, exindeq; deſcendentium actionum & exceptionum, prout eleganter diſputat. *Bachov. in Tr. de Except. th. 1. lit. a. & p. 1. Diſp. 1. th. 4. lit. d.* Licet itaq; commune Appellationis ſit beneficium, quod nemini denegandum, nec ſtatuto quidem tolli poteſt in præjudicium ſuperioris, ut ut pactum de non provocando valeat. *l. ult. §. ult. C. de temp. appell. Beſold. de appell. cap. 6. n. 5.* adeò ut optima lege Camera Imperialis, ſi quis imperii ſtatus ſubditos ſibi carcere, jurejurando minisve ab appellando abſtinere cogat, geſta ejusmodi irrita habeat, appellationisq; perſecutionem nihilominus integram illibatamq; conſervet. *O. C. part. 2. tit. 28. in pr.* Und dieweil bißher/ ꝛc. *Gail. 1. Obſ. 35. n. 12 Wurmſer. 1. pr. for. tit. 24. obſ. 29.* Nihil tamen quicquam obeſt, quo minus Leges reſtrictionem quandam concedant. Quia enim ſæpe hoc beneficium in malitiæ præſidium degenerat, atq; eò partes ad protractionem litium & eluſionem juſtitiæ abutuntur, factum eſt, ut juriſprudentia libidinem appellandi intra certos limites coegerit. Imo temere & frivole appellantes puniendos eſſe ſtatuit. *L. eos qui. §. 4. C. de appell. Berl. P. 1. C. 50. n. 205.* Si quidem malitiis indulgendum non eſt. *Cic. lib. 2. de Rep. L. fin. §. 1. ff. de ſuſpect. tutor. L. 38. ff. de R. V.* & legiſlatorem facere oportet, ut lites & appellationes ſint quam pauciſſimæ & rariſſimæ. Nam per frivolam appellationem lites contra legem divinam protrahuntur, violatur obedientia ſuperiori debita, impeditur juris executio & juſtitiæ curſus, injuria fit judici, cujus Sententia ſine juſtâ cauſa reprehenditur, injuria fit adverſariô, cui non redditur, quod ſuum eſt, injuria fit ipſi judici ſuperiori, qui temerè imploratur. vid. *B. Dn. Ziegler. in ſua Dicaſt. Concluſ. 52. §. 1. & 2. ſeqq. Vent. de Valent. in Parthen. litigioſ. lib. 2 c. 14. n. 18.* Hinc laudabiles extant in multis Imperii Civitatibus Conſvetudines, validumq; privilegium ad ſuperius tribunal neminem admittens, niſi vel appellans certam pecuniæ ſummam deponat, cujus periculum facturus eſt. *Hering. de Fidejuſſ. c. 10. n. 156. Colleg. Arg. de App. th. 18.* vel juramentum appellationis præſtet, vermittelſt des Appellation-Eydes/ quod non malitioſo animo litem protrahat, ſed bonam, juſtamq; ſe fovere cauſam credat. *Beſold. de Appell. c. 8. n. 6. p. 267. Gail. 1. obſ. 121.* Tali Privilegio de Cautione Appellationis olim gaviſi ſunt ex conceſſione Maximiliani II. Argentinenſes. Sic

etiam à Sereniſſimo Duce Saxoniæ Friderico Wilhelmo, piiſſimæ memoriæ, Majores & Proceres Civitatis Lipſienſis Privilegium M. Februario Anno 1598. impetraverunt & ab Electoribus Sereniſſimis confirmationem acceperunt, ut ſi litigantes in cauſis coram Senatu, vel Prætorio cum cauſæ cognitione ventilatis, à Decretis eorum frivolè & temerariè appellaverint, illis pro qualitate Perſonarum, & cauſæ, ante admiſſionem appellationis depoſitio vel cautio certæ ſummæ imponatur, & hæc in caſum ſuccumbentiæ, ut juſta mulcta exigatur. Hic non ineptè quæritur: *An per conceſſionem ejusmodi Privilegiorum vel etiam planè de non appellando Majeſtas Principis enervetur fiatque communicabilis?* Affirmativam Bodin. de Rep. cap. 10. tenet, ſed negativa absq; dubio verior eſt. Diſtingvendum enim inter ipſam formam Majeſtatis, quæ conſiſtit in dignitate & ſuperioritate ejusq; effectu, quæ ſunt ſigna ſupremæ poteſtatis. Ex extrema autem provocatione, aliisq; juribus Majeſtatis aliquibus conceſſis non ſtatim ipſam colliges Majeſtatem: quamvis enim horum alii participes fiant per conceſſionem; ſuperioritas tamen ac dignitas adeoq; ipſa Majeſtas remanet penes concedentem. Scilicet largitur ea Imperator per conceſſionem & modum beneficii, reſervatâ ſibi præeminentiâ & ſuperioritate, quâ non tàm majeſtatem, quàm laborem curas Principis minui ipſe aſſerit *Bodin. Beſold. de Appellat. c. 11. n. 21. Reink. lib. 1. claſſ. 5. c. 6. n. 103. p. 638. Knich. de Sax. non prov. c. 1. n. 7.* Sic ab Imperatore multis Statibus Imperii ob ſingularem Induſtriam & exploratam fidem conceſſum eſt Privilegium de non appellando, quæ longa ſerie deducta legis apud *Limn. lib. 4. c. 8. Carpz. Ad L. Reg. c. 10. ſect. 4 Reink. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. cap. 6. n. 9.* (Vox Status autem (quod obiter dictum hic eſto,) non ſumitur eo modo quo apud *Tacitum 1. hiſt. 10. Ciceronem, Latinos & JCtos* jam ſatis notum eſt, nec pro ordine Civium de quo *Wolffg. Laz. Comm. Reip. Rom. lib. 12. c. 33.* vel alio modo, ſed ſecundum *Gail. lib 1. obſ. 21. n. 2. & Viet. de cauſ. exempt. imp. concl. 5.* quod nempe ii ſint, qui matricula Imperii comprehenſi, ut Cæſari in comitiis diſſerenti, conſilio & conſenſu pro temporum varietate aſſiſtant: vel qui, ſecundum alios, cum Imperatore ſtatuendi de Rep. vel Seſſuræ ac dicendæ ſententiæ jus habent in Comitiis. Reichs-Abſchiede zu Cölln *de Anno 1512. &c.*) Neq; tamen ex his inferendum, quaſi quibusvis Magiſtratibus inſolentibus ac imprudenter ſua agentibus tutò hæc poteſtas committi debeat. Triſte exemplum occurrit apud *Valerium Maximum lib. 2. cap. 7. n. 15.* ubi legio univerſa ad Rhegium præſidii cauſa miſſa, in ipſa Urbe &

clariſſi-

clariſſima populi luce ſecuri percuſſa legitur, fruſtra provocante milite, ipſisq; Trib. plebis leges ſacras ad populum provocandi violari quærentibus. Annon nimis liberali conceſſione Caligula Magiſtratibus liberam conceſſerit jurisdictionem, ita ut ſine appellatione judicatum exequerentur: de quo *Svet. Calig. XVI. Alex. ab Alexand. Gen. dier. lib. 6. c. 20.* Judicent alii. Philippus Hiſpaniarum Rex quibusdam permittens liberè graſſari in ſummi etiam Senatus Autoritatem, procul habitâ omni appellatione qui quosvis ex eorum lubitu, etiam illuſtriores vitû & bonis exuerent, funeſto illi bello occaſionem dediſſe; ſcribitur à *Meterano ac Thuano lib. 41.* In hiſce immoderatis conceſſionibus locus eſſe poterit quærelæ de qua ex *Blarero Beſold. in ſæpe cit. tract. c. 7. n. 1.* Propius autem ut ad n. § accedamus ſciendum: Quod noſtrum Mandatum quidem à quolibet judice tam ſuperiore quam inferiore, tam ordinario quam delegato, tam Majore quam minore, v. fol: 64. tam Eccleſiaſtico quæ caret jure & cauſa juſta, cujus eſt propria vita & eſſentia, frivola & mortua eſt. In tantum autem lex in odio habet tales appellationes frivolas, ut propterea non ſolum introduxerit pœnas ſanè graviores, verum etiam cenſeatur injuria fieri judici à quo, quando frivolè appellatur, *l. fin. C. quando provoc. non eſt nec: Receſſ. Imp. de Anno 1654. §.* Würde ſich aber/ ꝛc. *119.* Aſt, quia in Proceſſu Criminali Inquiſitorio appellatio hodie non recipienda, maxime vero in criminibus capitalibus, ne ſcil. crimina maneant impunita. *O. Cam. Imp. p. 2. tit. 18. it. in verb.* Nachdem auch/ ꝛc. *O. Appell. Sax. tit.* Wer vor unſer Appeliation - Gericht geladen/ ꝛc. §. Jedoch allein/ ꝛc. ſed in locum Appellationis defenſio admittatur non obſtante ſententiâ condemnatoriâ. Publicè enim expedit, hominum potius conſervatione vel adjectione, quam pecuniarum copiâ Rempublicam augeri & ampliari. vid. *Carpz. qu. 115. n. 36.* Nec ab inhibitionibus in poſſeſſorio ſummariſſimo decretis, *ob text. in l. un. C. de moment. Poſſeſſ. Menoch. de retin. poſſ. rem. ult. n. 49. Carpz. P. 3. Deciſ. 238.* quod tamen à *Salyceto add. l. un.* ita limitatur: Niſi magnum præjudicium appellanti inferatur, quod in petitorio reparari non poſſit, uti ante nonnullos annos in Supremo Appell. Senatu *in cauſa* derer von Cannewurff *contra* H. J. von Hanffſtengel obſervatum fuiſſe, ſcio. Item à ſimplici Citatione *Mev. P. 5. Deciſ. 351.* Nec à futuro gravamine *Scacc. de appellat. qu. l. n. 101. & ſeqq. Mev. P. 4. Deciſ. 146.* De cauſis Politicæ Ordinationis & diſciplinaris. vid. *Lancell. de attent. lib. 2. c. 12.* Nec in cauſis collectarum & Contributionum *L. 4. & fin. C. quor. Appell. non recip. Scacc. d. l. qu. 17. limit. 18. Klock. de Contrib. c. 18. n. 16.* niſi de inæqualitate de conſvetudine vetere immutata aut æſtimio variato querela

la eſt. *Mev. P. 1. Dec. 148. ſeq.* nec ab actibus Executionum, *Mev. d. l. Dec. 15. Nicol. in Proc. 2. c. 12. n. 14.* niſi exceſſus in exequendo proponatur aut executor injurioſè agat. *L. 5. C. Quor. Appell. non rec. Carpz. lib. 3. Reſp. 127.* Nec in Cambiis. *Marq. de jur. mercat. l. 3. c. 11. n. 1.* Reichs-Abſchied / *de Anno 1654.* §. als auch bey Handels-Städten / neceſſariò hic quæritur: *An Appellationes in hiſce recenſitis caſibus ubi plerumque de jure communi appellatio denegatur, etiam gaudeant effectu ſuſpenſivo?* Affirmativam quidem ex generalibus verbis in allen / ſo wohl Inquiſition- als Civil-Sachen / ꝛc. elici poſſe videtur. Sed re actius perpenſa in negativam inclinamus. Nam uti ſupra jam monitum noſtrum Mandatum leges antea latas in ſpecie autem *Mandat. Appell. de Anno 1670.* non corrigit ſed confirmat & declarat ac juris communis correctio expreſſa non invenitur. Adhæc etiam Mandata nova in dubio generaliter non ſunt intelligenda, ſed diſtingvenda & reſtringenda ad priora & antiqua, ſive jura communia, ſpeciatim de eadem materia, de quâ quæritur, loquentia, licet forte conſtet, quod in alio corrigant *L. 26. ff. de LL. Nicol. Everhard. in top. leg. in loc. à ratione legis ſtrict. & limit. n. 12. 13. 14.* Ex eâdem ratione nec in *d. §. 7. per verba:* Wobey wir uns / ꝛc. iis caſibus ubi alias de jure communi cauſæ in appellabiles certô modô appellabiles fiunt, quicquam immutatum videtur; idq; non ſolùm propterea, quod *d. §. & Mandat. de Anno 1670.* in eo repetit: ſeſe ad *Ordinat. Elect. Sax. ubi tit.* von Appellationen / wie die angenommen und juſtificiret werden ſollen / §. ſonderlich aber / ꝛc. *verb.* Es ſey denn / ꝛc. refert & ab in appellabilibus interdum Provocationi ex juſta cauſa defertur, hinc ex relato explicandus ſit, ſed etiam, quia, ut dictum, mens corrigendi ibi non apparet. Ex non nullis ſequentibus exemplis res clarius apparebit, quod inquiſitionem concernit, dantur diverſi caſus ubi effectus ſuſpenſivus ceſſat. Sic illa Appellatio dictum effectum habere nequit, quam Reus in flagranti Crimine deprehenſus vel indiciis ſufficientiſſimis gravatus, pro carcere avertendo interponit. *Carpz. P. C. p. 3. qu. 139. n. 12. 13.* Cum periculum, ne ille effugiat, in mora ſit, & à regulis juris communis ut recedamus, ſvadeat. *l. 5. §. 11. de nov. op. nunc* Sic etiam permiſſum videtur Judici territionem verbalem exequi, licet reus jam ad locum torturæ ductus, publicationem ſententiæ urgeat, inq; contrarium eventum, ab executione provocet. *Fab. ... ad tit. C. de quæſt. def. 6. n. 4.* quia non amplius eſt res integra, nec exindè damnum irreparabile metuendum, nec, teſte quotidianâ experientiâ, ejusmodi ſententiæ publicari debent, cum alias

territus non dici poteſt Reus, ſi ea de re certior factus, & deniq; periculum in morâ, ne interea temporis tenorem ſententiæ à cognatis aliisq; per varias machinationes, percipiat. Porro Appellationem, quæ ab executione Sententiæ pœnam corporis afflictivam puta fuſtigationem, continente ſi executio judici demandata ſit, omni effectu ſuſpenſivo carere, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Naturalis quippe eſt improbis hominibus dilationis cupiditas, modò tempus teratur & executio ſuſpendatur, qua pendente, ſæpius mors delinquentis intervenire ut hoc modò impunitum facinus cum jactura Reipublicæ relinqui poteſt. *Winth. Parth. lit. l. 11. c. 14. n. 24.* Taliſmodi caſus non ita pridem in Præfectura Dresdenſi contingebat, ubi delinquens ante præſtationem Urphedæ contra executionem fuſtigationis injunctæ appellabat, nihilominus tamen Præfectus Elect. Nobil. Dn. J. S. Leiſter / vir in rebus judicialibus agendis, prudentiſſimus atq; ſolertiſſimus, vigore Reſcripti: Welches dem Urtel geſprochener maſſen nachzugehen begehrte / reum ad exequendam pœnam carnifici tradere juſſit, quanquam hiſce caſibus, maximè ſi juſta cauſa afferatur, tutius dilatio detur. 2.) In poſſeſſorio ſummariſſimo is, qui in notoria poſſeſſione vel quaſi eſt, per Adverſarii appellationem non impeditur. *Zœſ. ad tit. ff. de appell. recip. vel non n. 10.* Quam in rem eleganter reſpondit *Magnif. Facult. jurid. Witteb. ad requiſ.* B. u. R. d. St. L. *M. Nov. 1688.* Und nun der Rechts-Lehrer Meinung nach / wenn eine wieder einem in poſſeſſorio ſummariſſimo gegebenen Beſcheid eingewandte Appellation von dem Ober-Richter angenommen wird / ſolches dennoch nur quoad vim Appellationis devolutivam nicht aber executionis ſuſpenſivam zu verſtehen / und dieſer Meynung auch in denen Gerichten / wo die Appellationes à ſententia in poſſeſſorio ſummariſſimo lata angenommen zu werden pflegen / nachgegangen wird. So erſcheinet daher / daß wenn gleich Chur-Fürſtl. Durchl. die von / ꝛc. eingewandte Appellation anzunehmen geruhen ſolte / ihr dennoch bey der poſſeſs des Bier-Verlags zu / ꝛc. immittels und biß in der Appellations-Inſtanz ein anders erkandt wird / zu ſchützen / ꝛc. 3.) In cauſa Collectorum aliorumq; præſtandorum, jus commune exactionem per appellationem ſuſpendi non patitur, nec hic immutatum eſſe videtur, tunc ſcilicet, quando judex eſt in notoria poſſeſſione exigendi, ut debitum certum & à lege publicâ impoſitum, adeſt. *Conf.* Reichs-Abſchied / *de anno 1548. §.* Wo aber / ꝛc. *Klock. de Contrib. c. 18. n. 6.* Cum pendente appellatione, nemini poſſeſſionis commodum auferri & continuatio antea ſolitorum, citra attentatum, fieri omnino poſſit. *Nicol. Proc. P. 2. c. 11. n. 10.* 4.) In Cambiis Appellationes etiam

effectu

effectu ſuſpenſivo deſtitutæ ſunt, & juxta *Reſcriptum Electorale de Anno 1670.* ante Refutatorios datos, ea executioni quodammodo dari poſſe, ſi ſcilicet præſens eſt debitor, ibidem conſtat. Tunc enim, non obſtante Appellatione, retinetur & in locum reverentialium, refutatorii decernuntur. *Zipfel. in Diſp. de Teſſer. Collyb. ſect. 3. §. 10.*

Et hoc tota die in Curia Lipſienſi & præcipue coram judicio mercatorio ita practicatur uti tempore ſtudiorum meorum ibi ſæpe obſervavi. vid. Leipz. Handels-Gerichts-Ordnung / *t. 20. pr.*

Ne autem quis per calumniam judicia quaſi rideat, & citra probabile gravamen ſaluberrimô Appellationis beneficio abutatur, ad reprimendam ejusmodi temeritatem varias legimus jure Civili proditas eſſe pœnas. Tales improbi litigatores plerumq; damno litis, aliquando etiam famæ notâ. *l. 19. C. de Appell.* modò extra ordinem ad arbitrium magiſtratus pro ſummæ in judicium deductæ quantitate. *l. 6. §. 4. C. eod.* certâ pecunia *l. 5. C. quor. app. non recip. l. 2. C. de epiſc. And.* puniuntur. Jure Canonico lite perditâ temere appellans in expenſas tantum condemnatur. *c. reprehenſ. 26. & 59. X. de appellat. Carpz. P. 1. C. 20. deciſ. 23.* Jure Cameræ olim non ſolum in Expenſas hi, qui improbâ calumniâ non tam vincendi votum, quam adverſarii quærunt detrimentum, condemnabantur ſed & aliis pœnis afficiebantur. *O. Cam. P. 2. tit. 28.* §. Dazu dieweil. Hodie jure noviſſimo biß auff zehen Marck Löthiges Goldes irrogatur pœna. *Receſſ. Spir. de Anno 1600.* §. Und ob wohl weiter / *c.* Jure Danico cauſa cadens certam pecuniæ ſummam in ſupremo judicio ex arbitrio judicis, habitâ ratione litis, determinatam numerabit, meliori ſane ratione, quàm iniquiſſimus ille Caligula, pro litibus omnibus, quadrageſimum ſummæ de qua litigabatur, extorſit, ſive juſta petendi cauſa fuerit, ſive ſecus, *Svet. Calig. c. 40.* In Gallia & Belgia certæ pecuniariæ pœnæ, conſtituta. vid. *Beſold. c. 13. n. 12.* At vigore noſtri Mandati, tam Advocatus quam cliens in mulctam decem thalerorum pro rata condemnantur, & quòd hoc Mandatum ſtrictè ſervetur, monſtrant ſequentia Reſcripta.

Von GOttes Gnaden Johann Georg der Vierdte / *c.*
Chur-Fürſt.

Lieber Getreuer / Wir haben Uns deinen ſub dato den 28. Junii jüngſthin eingeſchickten unterthänigſten Bericht P. H. *c.* wieder die an ihm von ſeinem Bruder S. H. wegen einer an H. G. C und M. St. ſchuldigen Wechſel-Poſt von 100. Rthl. ausgebrachte Citation eingewendete Appellation betrl. *c.* gehorſamſt fürtragen und verleſen laſſen.

Allermaſſen Wir nun ſolcher Appellation zu deferiren Bedencken tragen; alſo iſt hiermit Unſer Begehren / du wolleſt Appellanten damit abweiſen und in der Sache in Entſtehung gütlicher Befriedigung weiter dem Wechſel-Rechte gemäß verfahren / auch ihm daß er den am 18 Febr. 1691. ausgelaſſenen Mandat zuwider ſich des beneficii Appellationis unternommen um 5. Rthl. --- beſtraffen und ſolche Unſerm Lehn und Gerichts-Secretario M. L. gegen Schein ausantworten / ꝛc Dresden am 15. Febr. 1692.

An Chriſtian Zahnen / Creyß-Amtmann zu Wittenberg / etc.

Lieber Getreuer / Wir haben aus eurem de dato den 17. Febr. letzthin erſtatteten unterthänigſten Bericht und denen hierbey wieder zurück gehenden Acten mit mehrerm wahrgenommen/was maſſen die in Sachen G. H. und Conſ. an einem: D. S. G. D. am andern Theil betrl. von dem letztern f 266. an Uns interponirte Appellation à ſimplici Citatione und alſo wieder das letzt ausgelaſſene Mandat ergriffen ſey; Begehren deswegen ihr wollet ihn damit nicht nur abweiſen / ſondern auch des unternommenen Mißbrauchs halber 5. Rthl. Straffe ungeſäumt von demſelben einbringen / und ſolche Unſerm L. u. G. Secretario, &c. gegen Quittung einliefern. Möchten / etc. den 8. Martii 1692.

An A. u. R. z. D. etc.

Lieber Getreuer / Wir haben auff deinem vom 20. May nechſthin in Sachen D. G. V Klägern an einem: A. A. v. D. Beklagten andern Theils betreffend eingeſchickten unterthänigſten Bericht / die von Beklagten wieder die ihm zur Zahlung angeſetzten geweſenen Execution interponirte Appellation als unerheblich rejiciret / mit Begehren du wolleſt ihn deſſen alſo beſcheiden und mit der bißher ſuſpendirten Hülffe nochmahls gebührend verfahren / auch dich daran weiter nichts hindern laſſen/darneben aber von beſagten von D. wegen Mißbrauchs des beneficii Appellationis 5. Rthl. --- Straffe einbringen und ſolche zu Unſerer Cantzley anhero einſenden / etc. Datum Dreßden am 3. Junii Anno 1692.

An Amtmann zu Dreßden / etc.

Sed hic exſurgit quæſtio: *Si plures frivolè appellaverint, an quilibet in ſolidum ratione Appellationis interpoſitæ ad mulctam obligetur, an vero pro rata teneantur?* Et reſpondetur: Si Appellatio diverſa gravamina contineat, tunc quilibet in ſolidum condemnatur, *arg. l. 10. ff. de appell. l. 17. ff. eod.* Cum tot videantur Appellationes, quot capita ſeu gravamina, & plura ſint delicta male provocantium

ideò

ideò quilibet pro ſuo mulctetur. *l. nunquam 2. ff. de delict. priv. arg. l. 27. ff. ad L. Aquil.* ſi verò Appellatio & gravamina in ea contenta ad omnes pertineant, tunc pœna omnibus in genere injungenda & ſemel tantum pro parte exigenda eſt. *l. 1. C. ſi plures una ſent. Chriſtin. vol. 1. Deciſ. 20. in fin.* Quia una eſt Appellatio & unum factum illicitum frivolè provocantium ab una ſententia, vel uno decreto. *arg. l. 85. §. 3. ff. de V. O.* & plures perſonæ in una cauſa ſuccumbentes loco unius habentur. *Rebuff. n. 1. & 2. & ſeqq. tom. 3. ad Conſtit. Reg. p. 916.*

Porro hæc quæſtio incidit: *Utrum Advocati hanc mulctam impoſitam & ſolutam à Principalibus repetere poſſint?* Negatur, ob *l. qui proprio 46. §. item contra 5. ibi:* pœnam autem quam ex delicto ſuo præſtitit, recuperare non debet. *ubi Brunnem. n. 5. ff. de procurat. Ordin. Cam. Wormat. de Anno 1521. tit. 20. verſ.* denſelben Procuratorn / ꝛc. Principales enim ex alieno delicto non tenentur, nec conditio eorum deterior fieri debet per *l. 49. ff. de proc.* ſed Procuratores pœnam quam ex ſuis delictis præſtant, non recuperant. Imo *JCtus Ulpianus in L. un. §. 2. ff. ſi quis jus dic. non obtemp.* reſpondet. Si Procurator tuus, vel Tutor, vel Curator jus dicenti non obtemperavit, ipſe punitur, non Dominus vel pupillus, *A ld. verb. n. Mandati:* Und bey rejection der Appellation dem Appellanten und deſſen Advocato zehen Thaler Straffe / jeden zur Helffte dictiret, &c.

Sed quid de Tutoribus, Curatoribus & Adminiſtratoribus dicendum; *Anne illi hanc pœnam ſolutam à Pupillis, minoribus vel principalibus repetere poſſint?* Obſtat quidem prædicta lex, ſed affirmativam approbamus, modò Calumnia, fraus, vel temeritas tutoris vel alterius adminiſtratoris abſit, *arg. l. non ignotum 6. C. de adminiſtrat. Tut. & ibi Bart. Paul. & Salyc. ad L. 1. §. 5. ff. ſi quis jus dic. non obtemp.* Siquidem pro affirmativa ſtat, quod nemini officium ſuum neceſſitate juris ſuſceptum debeat eſſe damnoſum, *L. 7. ff. Teſtam. quemadm. aper.* & tam Tutores, Curatores, quam etiam omnes adminiſtratores, qui curant rem alienam, repetant ſumptus & Expenſas, quas utiliter fecerunt, vel quod ob rem judicatam ſolverunt, *L. Conſilio 7. ff. de Curat. furioſ. l. 1. ff. de contr. & util. Act.* quia lites perficiunt, ut non ſolum ceptas proſequantur, ſed incipiant etiam, quas perire poſſe putant. *textus in l. ſed ſi iis, 5. §. quoties 2. ff. de Carbon. Edict.* Imo & his Perſonis facultas litigandi & exercendi cauſas generalis eſt, & generaliter conceſſa *L. 2. §. 1. 2. ff. de Curat. bon. dand.* & in il-

 las

las non, ſed Principales actio judicati datur, *L. 28. 61. ff. de Procur.* etiam lites triſtem eventum habeant. *L. qui mutuam 56. §. fin. ff. mandat.* Sufficit inquit Ulpianus, Tutori benè & diligenter negotia geſſiſſe etſi eventum adverſum habuerit, quod geſtum eſt. *arg. l. plane 38. ff. de hæred. petit. Garſia de Expenſ. & meliorat. C. 20. n. 17. & 20.* *Si autem, antequàm rejectionis Reſcriptum remittatur, mors Appellantis intervenerit, utrum mulcta ad ejusdem hæredes tranſeat & ab iis exigi poſſit?* Quod affirmandum putamus. Quia hæredes in omne jus defuncti ſuccedunt. *l. 24. ff. de V. S.* & litis inſtantia cum omnibus connexis in eos tranſit. *l. un. C. ut actiones & ab hæred. & contra hæred. incip.* Hinc ex eadem ratione victi hæredes in expenſas victoriæ condemnantur *Carpz. in Proc. tit. 24. art. 1. n. 7. & ſeqq.*

Ad hæc quoq; cauſæ pecuniariæ morte non extingvuntur *l. 22. ff. de SCto ſilaniano* ſed ad hæredes tranſeunt *Carpz. P. C. P. 3. qu. 131. n. 19.* Sed hic porro quæritur; *Utrum appellantes in hanc mulctam incidant, ſi Appellationi renunciaverint.* Quod diſtinctione expediendum eſt. Scilicet, an renunciatio debito tempore & re adhuc integra, ſc. antequam Cauſa per relationem judicis inferioris ad ſuperiorem devoluta fuerit, An vero poſtea, facta, priori caſu mulcta non, bene tamen poſteriori committitur. *arg. l. 28. C. de appell.* Pœnitentiæ enim locus non eſt, ubi res non eſt amplius integra, ſed tertio jus quæſitum. *arg. l. 65. ff. de furt.* ~~65 Furt.~~ Semel quoq; commiſſâ pœna ex poſt facto pœnitentiâ non evaneſcit *l. 8 ff. ſi quis Caut. in jud. ſiſt. l. 23 ff. de recept. arbitr.* *Utrum ab impoſitione mulctæ appellare liceat nec ne?* adhuc quæritur: Et negatur, non ſolum quia à Reſcriptis Electoralibus appellatio non admittitur, ſed etiam Appellationibus ab iis, quæ fiunt in executionem ſanctionis publicæ & ſecundum juris diſpoſitionem, non deferendum eſt. *L. fin § fin. ff. de Appellat. recip.* Obſunt quidem *L. 25. C. de Appell. & l. 244. ff. de V. S.* Sed reſponderi ad has leges obſtantes poteſt, quod loquantur de injuſtâ mulctâ per Sententiam à judice impoſita, non vero de ea, quæ ex Legibus, vel iis, quæ vicem legis obtinent, ut Principum Conſtitutiones, juſtè dictatur. *§. 6. Inſt. de J. N. G. & C. ibi Dd.* Ultimo loco adhuc in quæſtionem venit: *Cui mulcta impoſita cedat?* Et quanquam hodiè ex generali conſvetudine mulctæ & pœnæ pecuniariæ fructus & quæſtus jurisdictionis ſint. *Roſenthal. de feud. c. 5. Concluſ. 63. n. Regn. Sextin. de Regal. lib. 2. c. 8. n. 41.* tamen hæc mulcta frivolè appellantibus dictatâ non judici à quo competit & cedit. Quia

regu-

regulariter inferioris judicis jurisdictio per Appellationem quoad totam cauſam ſuſpenditur, ita, ut poteſtas cognoſcendi, utrum Appellatio frivola, vel injuſta & ſic recipienda ſit nec ne? ad judicem ad quem juraq; Majeſtatis, ſuperioritatis & territorii pertineat. *arg. L.3 19. l.31. C. de appellat. Knichen. de jur. territ. c.3. n. 315. Mev. P. 6. Deciſ. 13. n. 13* Unde uti ſuprà dictum, Appellationis beneficium in præjudicium ſuperioris ſtatuto, vel conſvetudine tolli non poteſt. *c. venientes 19. X. de jurej. Gail. lib. 1. obſ. 125. n. 12. Mynſing. lib. 1. obſ. 14.* quæ opinio etiam Conſtitutionibus Imperii confirmata eſt. *Ord. Cam. P. 2. tit. 28. Mev. d. l. D. 94.* nec ullo temporis uſu acquiri poteſt à ſubditis jus illud, ne ab iis ad Principem appelletur. *Vent. de Valent. in Parth. litig. l. 2. c. 14. n. 24. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 4. §. 13.* quia jura Majeſtatis & Regalia non ſunt in Commercio inferiorum, & ſuperioritatis jura præſcriptione privatus acquirere non poteſt, *L. comperit 6. C. de præſcript. 30. vel 40. Knich. d. l. c. 1. n. 1078.* pro obtinenda noſtra opinione, in ſpecie etiam inſerviunt ſupra alleg. Reſcr. in verb. Und ſolches zu Unſerer Cantzley anhero einſenden / quibus ſequens reſolutio adhuc addenda.

Lieber Getreuer / Wir haben auff des verſtorbenen Creyß-Amtmanns in Wechſel-Sachen P. H. an einem: ſeinem Bruder S. H. andern Theils betr. am 15. Febr. dieſes Jahres erſtatteten unterthänigſten Bericht reſcribiret / von bekl. P. H. 5. Rthl. Straffe wegen Mißbrauchs des beneficii Appellationis einzubringen und anhero einzuſenden; Nun dann ein ſolches noch zur Zeit nicht erfolget; Als iſt hiermit Unſer Begehren / du wolleſt obangezogenen Befehl ohne weitern Verzug gehorſamſt expediren und berührte Straffe Unſerm Lehn- und Gerichts-Secretario Magno Lichtwern / gegen ſeinen Schein einantworten und zu ſchärferer Verordnung nicht Uhrſach geben / rc. Dreſden am 1. Junii 1692.

Am Amts-Verweſer zu Wittenberg / rc.

## §. IIX Injungit *Advocatis, gradu Academico nondum mactatis, Examinationem & Juramenti præſtationem*

Advocationis munus in Republicâ eam ob cauſam adinventum, ut iis ſuccurratur, qui ſuum jus tueri & cauſam dicere ignorant, per ſe honorabile, maxime laudabile & in Republicâ per utile eſſe, nemo eſt, qui ambigat, Dantur enim homines tam puſilli tremuliq; ingenii, ut ſe ipſos defendere nequeant, quare ut hi non relinqvantur indefenſi, Advocatis indigent, quoniam aliàs eruditi tantùm jus ſuum conſequerentur imperiti autem paterentur injurias, quod utiq; juri naturæ quam maxime adverſatur. Hinc

Impe-

Imperator in *l. 14. C. de Advoc. div. jud.* dicit. Quod Advocati non minus providеant humano generi, quam ſi præliis atq; vulneribus patriam parentesq; ſalvarent. Sicuti enim milites ſagati hoſtilitatem ſclopetis & bombardis, ita togati falſitatem & offenſionem validiſſimis argumentorum, ut ita loquar, globulis expugnant. Et *D. Franciſcus Hotomannus* alicubi ſcriptum reliquit: Domus verè pii atq; prudentis Juris-Conſulti totius Civitatis eſt præclarum Ornamentum & ſingulare præſidium. Practicus enim, cujus limina ſeu fores à Clientibus crebro pulſantur & frequentantur & ſuam ipſius domum & totam Civitatem ex ſua jurium ſcientia illuſtriorem reddit. Imò non injuſtè faciamus, ſi Jure-Conſultum Oraculum totius Civitatis nominamus, quò, velut ad Apollinem Delphicum æger animo, de ſalute rerum ſuarum anceps conſulturus, quid faciendum vel omittendum ſit in ſecundis æquè ac adverſis rebus confugit: Medicinam & ſolamen quærit: & omnes ibi moleſtias, angores, mœrores, dolores deponit: Vitam, famam, exiſtimationem, conjugem, ſobolem, facultates & fortunas omnes ope & conſilio prudentum à vi, violentia interitu, morte & totali internecione defendit, conſervat, ſalvat ac beat. Ut taceam, Advocatos bonos meliorem ducere vitam, quam religioſos & prædicatores, juxta *Catıill. Borell. Summar. Deciſ. tot. orb. Chriſt. lib. 1. tit. 65. n. 20.* Multa quidem ſunt, quæ in opprobrium Advocatorum allegari ſolent; Felices olim Urbes ſine quam Laico: *Meier. in Colleg. Argent. tit. à quib. appell. non licet th. 1.* & in genere tam in cauſis civilibus quam criminalibus tam in Summariis quam Ordinariis, Appellationes & quidem tam judiciales quam extrajudiciales de quibus in n. §. in ſpecie ſermo, ſecundum ſanctionem juris Canonici nec à J. Civ. prorſus alienam, in foro Saxonico receptam *c. ſuper 12. & c. ex parte 47. c. 60. X. de appell. Gail. 2. obſ. 120. Carpz. P. 1. C. 12. D. 10. n. 5.* admittat; Interim tamen Sereniſſimus Mandans à Mandatis prioribus non receſſit quia hæc lex non eſt correctoria ſed confirmatoria & declaratoria uti patet *ex verb.* Dahero wir es denn nochmahls bey dem Anno 1670. ausgegangenen Mandat, &c. Sed hoc tantum in §. noſtro agitur; ut judici a quo haud indiſtinctè integrum ſit appellationem ejusmodi rejicere, & ſpretâ eâ in contemptum ſuperioris, ulterius procedere. Solent enim interdum judices ita eſſe inſolentes, ut pro injuria habeant, ſi ab eis appelletur. Nihilominus autem in honorem ſuperioris Appellationi, etiamſi ſit evidenter frivola & levis, deferendum eſt, ne judex in mulctam decem florenorum vigore ſupra dicti *Mand. Appell. de Anno 1670.* cadat, uti nuper in cauſa executiva C. S. reſcriptum fuit. Dieweil Wir aber dabey wahrgenom-

genommen/daß derſelben und Unſerm Appellation-Mandat de Anno 1670. zuwieder/du der C. A. dennoch in der Sache weiter verfahren/und dahero in die/obangezogenen Mandato einverleibte 10. Fl. Straffe verfallen. So begehren Wir hiermit/du wolleſt ſolche ohnverlängt anhero zu Unſerer Cantzley gehorſamſt einſenden und zu einiger Weiterung nicht Anlaß geben/ꝛc. Certum enim eſt non omne quod Principi licet, cuivis quoq; judici permitti debere nec æqualem judicis & Principis eſſe autoritatem, *Uldar. Zaſi in §. curare Inſt. de Act.* Princeps enim eſt ſupra LL. & ſupremus LL. Conditor, *L. 31. ff. L. f. C. de LL.* ac liberè judicat tanquam Deus, *Heig. P. 1. q. 10.* Judex autem LL. Executor & miniſter *pr. J. de Off. jud. Laym. Theol. Moral. T. 1. L. 3. Tract. 3. p. 1. c. 5. n. 311* Dependet itaq; judex ab alio, cui rationem factorum ſuorum reddere tenetur, à quò ipſi ad injuſtitiam exercendam officium neutiquam eſt commiſſum. Et licet interdum Princeps abdicativè concedat juris dictionem, tamen illud intelligendum ſemper ſalvo jure appellandi & ſuperioritatis *Carpz. P. 1. C. 27. D. 11.* *Quæ Appellatio autem frivola dici poſſit?* quæritur. Et reſpondetur. Quod illa Appellatio regalariter dicatur frivola, quæ prodeſſe nihil poteſt, nec ullum unquam juris effectum ſortitur. *Carpz. P. 3. Deciſ. 241. n. 2. & 3.* Et hoc principaliter conſtare poteſt ex cauſa gravaminis propoſita in ipſa Appellatione, quæ utiq; attendenda eſt, ut rei qualitas cognoſcatur, an frivola, fruſtratoria & calumnioſa ſit, *c. ut debitus honor 59. X. de Appellat.* Nam quandò interponitur dolosè vel ſine legitima cauſa, ubi non eſt gravatus, vel in caſibus prohibitis contra jus Conſtitutionis tunc dicitur frivola, injuſta vana & inanis. *Hart. Hartmanni lib. 2. obſ. 16. Carpz. d. l. Deciſ. 240. n. 19. ſeq.* Quia quemadmodum corpus, quod caret anima & ſpiritu vitali, frigidum manet; Ita Appellatio, Cauſidicis fuiſſe, *columella teſtatur:* Viliſſima capita, forenſia pecora ac togatos Vultares eos vocat *Apulej. lib. 10. Metamorph.* Alius artem Advocatoriam deſcribit Sophiſticam, pernicioſam ex dolis, fraudibus, technis, Cavillationibus, laqueis, captiunculis, inſidiis, tricis, ambagibus & circumventionibus conſutam atq; conflatam. Sed enim miſeri illi aut inſcitiâ, aut invidiâ, id, quod Rabularum eſt ptoprium, Nobiliſſ. Advocatorum ordini impingunt. Neq; enim idem fatum omnium regit animos, neq; idem cunctos atq; ſingulos perſtringit Cometes. Sequeſtri hic judicandum animo & ſermo dirigendus ad eos, qui longè à prima illa officioſa pietatis inſtitutione divertunt, &, veluti inſaniente nunc orbe (proh dolor!) exercitis per fallendi conſvetudinem animis regnant, venalemq; in quodvis Patrocinium fidem exercent. Hi veritatis indicia obruere, magnâ



ſpecie

ſpecie inanes induere umbras, & plus juris in foris ſuopte ſæpe ingenio, quam legibus, facere audent. Die ſich rühmen/daß keine Verſchreibung ſo ſtarck/ dadurch ſie nicht ein Loch machen können/ juxta illud:

*Heus tu noſtra ætas non multum fidei gerit,*
*Tabulæ nexintur, adſunt teſtes duodecim,*
*Tempus locumq; ſcribit Actuarius.*
*Tamen invenitur Rhetor qui factum neget.*

Qui neutiquam comparandi ſunt cum Advocato, quem fama amat, quem propitiis Muſæ oculis reſpexêre, cujus cauſa præcipua & ἀρχιτεκτονική eſt promovere juſtitiam, quiq; juxta illud *Hrat. 2. Od. 1*

*Inſigne mœſtis præſidium Reis.*

Faceſſunt de hoc vaniloqua vulgi judicia & licet non ceſſent, Advocatus tamen probus iſtis non magis commovetur, quam eqvus generoſus, canum latratu, vid. *plura in meo Advoc. Sax. jur. ad præf. §. & Diſſert. Acad. de Advoc. & Procur.* Sed nunc tempus jubet ut arcem §. ingrediar. Deſiderat autem in illo juſtitia Mandati: Quod Advocati, gradu Academico nondum dignati ad Praxin in ſupremis & inferioribus judiciis exercendam ulterius admitti non debeant, niſi prius præmiſſo examine per teſtimonium JCtorum probaſſent ſuos profectus & juramentum juxta præſcriptam notulam præſtitiſſent. *Reſol. grav. alleg. §. 34.* quidem loquitur tantum de editione teſtimonii & ſpeciminis publici, ſed quia non quodlibet teſtimonium morum vel ſtudiorum ex Academia reportaſſe vel Diſputationem quandam edidiſſe ſufficit vid. *Mev. P. 1. Deciſ. 189. n 5.* nec ejusmodi teſtimoniales aliquem aptum reddunt ad munus Advocati, laudabiliter hoc remedium excogitatum fuit. Aſt quæritur: *An Examina ante publicationem hujus mandati facta aliquem ab ulteriori examine liberum reddant?* Et reſpondetur quod non dùm, ſi examini fortè nil apponi poſſit, juramenrum tamen adhuc deficit; Ita enim ad productionem talis modi teſtimonii de dato 24. Octobr. 1690. ſimulq; exhibitis aliis ſpeciminibus Sereniſſimus Elector in cauſa M. J. an einem: M. C. am andern Theil ſub dato Dreßden d. 14. Martii Anno 1692. reſcripſit: Als iſt unſer Begehren/ du wolleſt den Supplicanten das advociren und Brieffſtellen/ biß er ſich dem letzt ausgegangenen Mandato gemäß/ beſſer als bißher geſchehen/ legitimiret/ bey nahmhaffter Straffe unterſagen/ im Fall aber erwehnte Rechtfertigung anitzo auff Verſchickung der Acten haubtſächlich beruhet/ damit ohne fernern Auffenthalt gebührend verfahre ꝛc.

Ex ſurgit alia quæſtio: *An Conceſſio Electoralis de Praxi coram Senatu Aulico ac juſtitiæ nec non in ſupremo Appellationum judicio exercenda antea facta, liberet ab Examine?* Formulæ Conceſſionis ita ſe habent:

Daß vor Sr. Chur-Fürſtl. Durchl. zu Sachſen Landes-Regierung und Appellation-Gericht/ Johann Caſpar Jung-Micheln zu Leipzig auff ſein beſchehenes unterthänigſtes ſuppliciren und Vorlegung eines Speciminis Eruditionis, zu advociren und ſeiner Clienten jura zu defendiren/ biß auff fernere Verordnung verſtattet/ und nachgelaſſen/ darüber iſt ihm dieſer Schein unter höchſtgedachter Sr. Chur-Fürſtl. Durchl. Cantzley-Secret ertheilet worden/ Signatum Dreßden am 8. Decembris, Anno 1690. Chur-Fürſtliche Sächſiſche Cantzley.

(L. S.)

C. E. von Pöllnitz.

T. Lichtenegger/ S.

Et reſpondetur negando, ob generaliſſima verba Mandati, daß/ 2c. hinführo keiner weiter ad praxin zugelaſſen werden ſoll/ wenn er gleich des advocirens ſich bißher gebrauchet/ daferne er nicht zuförderſt/ etc. Quamobrem Magnif. Facult. Jurid. Lipſ. nuper in cauſa A. J. contra D. R. zu E. pronunciavit; Daß beyderſeits Advocaten ihres Vorwendens ungeachtet/ Inhalts Chur-Fürſtl. Sächſ. Mandats, ſub dato Dippoldiswalda den 18. Febr. 1691. ſich ad Praxin zu habilitiren ſchuldig/ etc. *An non etiam juveni Practico ob teſtimonia de vitæ ſuæ honeſtate & eruditione præ ſe habentia, examen remittendum ſit?* hic etiam in quæſtionem venit. Et negativa patet ex verb. Mandati wenn alte und erfahrne Practici, &c. Non minima ſiquidem malitiæ Advocatoriæ cauſa eſt juventus & ignorantia. Nam quod peſſimum, quibusdam in locis ſcribas, imo terræ filios & opifices munere Advocatorum fungi videmus. Ita nempe in hoc litigioſo & malitioſo ſeculo, ſicuti in Comœdiis exhibentur larvæ, pro JCtis Legulei, pro militibus latrones, pro Politicis Nebulones, pro Oratoribus Procuratores, Tabulæ, pro hiſtoricis Pueri, pro Advocatis Scribæ & Opifices, *Eberh. à Weihe de van. glor. mund. p. 36.* Facetus eſt in tales jure peritos non nemo Poëtarum, cujus Epigramma legere non usq; adeo hic fuerit alienum. Sic autem ille:

*Quod juris utriusq; te vocaverim*
*Peritum, honorem ne tibi dari puta,*
*Unde inſoleſcas atq; ſumas cornua,*
*Peritiorem cenſeo meam coquam*
*Et juſculorum & plurimorum jurium,*
*Sint illa ſive carnium, ſeu piſcium.*
*Vorare tu tantum, illa & apparare ſcit.*

Prudentiſſime itaq; ſancitum à Sereniſſimo Electore, ne promiſcuè ad fori conflictus defendendasq; Clientum cauſas admittantur, qui jurium peritiam præ ſe ferunt, ſed accurato examine eorum profectus in anteceſſum explorentur, & tantum Veteres, docti ac conſcientioſi Practici ob lonquinquam experientiam forenſem nec non vitæ ſuæ honeſtæ ac Eruditionis notoriæ fidem ab examine exemti eſſe deberent. Carere enim Advocato, eſt magna carere defenſionis parte, quia in rebus tam publicis quam privatis defenſionis ſuæ viribus lapſa erigunt, reparantq; fatigata. Quod ſi ergo vires ab Advocato capere debet defenſio, neceſſum omnino eſt, ut illis inſtructus ſubſidiis ſit, quæ ad defendendas Clientum cauſas ſunt neceſſaria. Atteſtata autem, quæ à nonnullis Practicis ad probationem ſuæ Eruditionis pro avertendo examine producuntur, parum attendenda ſunt, quia de iliorum fundamentis tam theoreticis quam practicis judex teſtificari haud poteſt quandoq; etiam ob conſangvinitatem & affinitatem vel ob alias multas cauſas favorabilia exhibentur. E contra Collegium JCtorum hæc ita non curat, ſed diligenter in Practici profectus inquirit, & ſi ipſum ſatis promptum exercitatumq; tam in ipſis jurium fundamentis cœterisq; ad forum pertinentibus materiis deprehendit, de ſuper teſtimonium ſub ſigillo collegii juridici largitur. Graviter itaq; peccat, qui non hoc modò de ſcientia ſua rationes reddere vult, ſed ob ignorantiam jurium ac proceſſus judicarii remiſſionem examinis petit, nihilominus tamen ulterius Patrocinium Clientum in ſe ſuſcipere audet. vid. *Auctor. judicii Theolog. ſuper piâ Conſult. Magnif. Dn. Speneri p. 184.* qui ait: Sünde iſts wenn ſich Leute advocirens annehmen/ die es nicht verſtehen oder erlernet haben/ dadurch der arme Nechſte vernachtheiliget/ in Koſten/ Schaden und ander Hertzeleyd geſtürtzet wird. Vel ut loquitur *Mengering. Scrutin. conſc. cap. 20.* Wenn ſich die der Juriſterey und Rechts-Sachen anmaſſen/ ſo kaum den Donat und Catoniſchen gelernet/ und nicht einen Löffel waſchen können. Hinc ejusmodi Patrocinans, ſi per imperitiam cauſam perdiderit, Clienti ad intereſſe tenetur, cum imperitia culpæ ad numeretur, *§. imperitia Inſt. de leg. Aquil. Franc. Marc.*

*Deciſ*

*Deciſ. 105. n. ult. Chriſtin. Deciſ. cur. Belg. lib. 2. tit. 12. Deciſ. 105. n. ult.* ubi ait: Quod Advocatus, cujus eſt ſcire; quæ ſpectant ad ejus officium propter imperitiam litem ſuam faciat.

*Cur autem Perſonæ graduati, nimirum Doctores & Licentiati* (hi enim maxime in favorabilibus pro Doctoribus habentur. *Ruland. P. 1. lib. 1. de Commiſſa: c. 14. n. 11. Tiraqu. ad conſuet. Picton. de L. Connub. gl. 2 text. En pouvoir de ſon mary n. 2. Gvid. Pap. Deciſ. 390. Sichard. ad l. nondum 3. n. 6. C. de furt. & ſerv. corrupt.* tum quod cingendus habeatur pro cincto, tum quod in Licentiato eadem eſſentialia, videlicet mores & ſcientia, perinde ut in Doctore requirantur. *Matth. Stephan. de Jurisd. l. 3. p. 2. c. 14. n. 98. ſeqq.* quod tamen de iis Licentiatis intellectum volo, qui publicâ ſolennitate renunciati ſunt. *Limn lib 8. cap. 8. num. 42.*) *in noſtro mandato eximantur?* *in verb.* Daß auſſer denen graduirten Perſohnen / ꝛc. ultimo adhuc quæritur: Et reſponſio ex eis quæ in Comitiis Provincialibus à Doctoribus propoſita fuerunt, patet.

## Warum die Advocaten und Doctores Juris ſich zu dem angemutheten Juramento nicht verſtehen / viel weniger eine Taxam beſchweren können.

1. Weil die Doctores Juris bey ihren Promotionibus einmahl ihr Juramentum abgeleget / und zur Juſtiz geſchworen. A jurejurando autem immunis eſt, quem initio ſuſcepti officii Sacramento ſibi ſuperior devinxit, eò quod juramenta ſic temere repetenda non ſint, nec quisquam aliàs bonæ frugi ſalutis æternæ immemor præſumatur. *Tuſch. Tom. 6. Concl. 286. n. 12.* Add. *Ruland. de Commiſſar. L. 14. c. 15. n. 10.*

2. Dabey ſie vor viel hundert Jahren / auſſer Chur- und Fürſtl. oder andern dergleichen Beſtellungen gelaſſen und ihnen nichts weiters zugemuthet worden.

3. Seind ſie nicht allein in poſſeſſione libertatis, daraus ſie de facto nicht zu entwenden oder zu entſetzen / etc.

Quibus rationibus adhuc aliæ addi poſſunt. Nimirum 1.) quod vera nobilitate fulgeant, non ſolum quia vocantur nobiles, *in l. 2. §. fin. ff. de excuſ. tut.* Nobiliſſimi, *in l. diximus 4. §. 1. in fin. ff. eod. l. 7. (de poſtul.* Egregii & Illuſtres *l. 2. §. fin. qui pet. tut. Tholoſ. lib. 18. de Rep. c. 4. n. 10.* Sed etiam nobilium Privilegiis gaudent, & per promotionem nobiles fiunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0075-3

*Oſwald. Hillig. in Donell. enucl. l. 24. c. 14. lit. N. Camman. de regal. Diſp. 3. th. 63.* Imo Doctoratus nobilis & egregia eſt dignitas. *Salycet. in prim. Conſt. Cod. §. 1. n. 2. & ſeq. Farinac Conſ. Crim. 94. n. 5. lib. 1.* & per conſequens Doctor, nobilis & egregia perſona. *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. Cent. 1. Caſ. 70. n. 9.* Quod Privilegia, ſi ex his definienda res eſt, concernit, Portant Doctores & Licentiati ſine ſpeciali Imp. permiſſu inſignia nobilium, Wapen mit offnen Helm. *Caſſan. in Catal. glor. mund. p. 1. conſid. 38. Camman. de jur. Maj. diſp. 3. n. 64.* Veſtes & aureas catenas geſtant unà cum nobilibus in genere, Policey-Ordnung *de Anno 1477. tit. 11. §. 1. & tit. ſeq. vid. Georg. Becht. de ſalv. cond. claſſ. 3. n. 226. Imò* die von Adel / ſo nicht Ritter oder *Doctores* ſind / ſollen kein Gold noch Perlen öffentlich tragen. *Receſſ. Imp. de Anno 1500. tit.* von Uberflüßigkeit der Kleider. In Camera paribus cum Nobilibus fruuntur Stipendiis. *Ordin. Cam. P. 1. c. 43.* ibi: Einem Doctor, Licentiaten oder Edelmann 500. Fl. Adhæc etiam Principes Doctores & Licentiatos non appellant, niſi numero plurali (Ihr/Euch/) quo tamen numero nobilem qui non eſt officialis, non honorant *Steno Bielke in comm. de Acad. Præf. Thom. Lanſ. JCto Tübing. lit. M. fol. 81.* & etiam Domini appellantur: Unde inſcriptio in Saxonia ita legitur: Dem Hochgelahrten / Unſern Lieben Getreuen Herrn/ N. N. der Rechten Doctorn. (Licentiaten) Quapropter pro Doctoribus & Licentiatis major quam pro aliis Advocatis ſtat virtutis, ſcientiæ & fidelitatis præſumptio. *conf. Carpz. P. 2. C. 16. D. 5.* 2.) Doctoribus juris etiam injuratis circa, interpretationem legum ac ſtatutorum, vel voce vel ſcripto conceptam, tanquam peritis fidem tribuitur, *Caſtrenſ. Conſ. 440. col. 2. in fin. lib. 2.* adeò ut idem *Caſtrenſ. Conſ. 343. in fin. l. 2.* non erubuerit, in quæſtione decidenda ad ſuam auctoritatem provocare hiſce verbis: Sufficit etiam auctoritas mea, quia video & cognoſco prædicta vera eſſe. *Tuſch. Tom. 6. Concl. 286. n. 41. & 42. l. P. Ben. Pr. 80.* quod tamen ad conſvetudinem probandam non ſufficit, *Carpz. P. 2. C. 3. D. 22. n. 2.* Tandem 3.) etiam Doctoris conſilium judicem à Syndicatu excuſat. *Regger. Theſ. jur. Tit. Doctor. n. 54. Conf. Franzk. Ex. 12 qu. 10. th. 15.* Juſtam quoq; litigandi cauſam habuiſſe cenſetur qui duorum Doctorum, aut unius, qui aliis palmam præripiat, conſilio innititur nec proinde condemnatur in expenſas *arg. l. 79. ff. de judic. Menius de Privil. JCor. pr. 82. n. 1. ult. Berl. P. 1. Concl. 78. n. 29. & ſeqq.* quod de communi quoq; Interpp. opinione cenſet. *Franzk. Comm. ff. de O. J. n. ult.* præſuppoſito tamen, facti ſpeciem rectè fuiſſe expoſitam. *arg. l. 2. l. 5. C. ſi contra jus vel util. l. 15. C. de Transact.* aliàs veluti interrogabitis, ita reſponſum habebitis, ut cum *Pruckmanno*

manno loquitur *Stypmann. c. 7. n. 205. vid. Addit. ad Theſ. Pr. Reggeri ſub tit Doctor. n. 31.* Quamvis autem Perſonæ graduatæ à præſtatione juramenti liberi ſint nec ad præſtationem ob hactenus deducta cogi debeant nihilominus tamen ea quæ ad officium ritè peragendum pertinent, ſponte ſervare tenentur, qualia formula Juramenti Advocatorium in ſe comprehendit; maxime caventes, ne ob temerariam intermiſſionem conſcientiam ſuam, bonamq; famam lædant & iram divinam in ſe provocent. Væ enim illis, quibus major pecuniæ, quam conſcientiæ, major utilitatis quam honeſtatis cura!

## §. IX. Annectit

## *Quid ratione ſubſcriptionis Concipientium obſervandum ſit?*

Etſi regulariter, ſupplicationes non tantum à Clientibus ſed etiam Autoribus earundem, vel à Concipientibus ſubſcriptæ eſſe debeant; *juxta Reſol. Grav. tit.* von *Juſtitien*-Sachen *§. 35. Add. O. Cam. p. 1. t. 22. & p. 3. tit. 12. Receſſ. Imp. de Anno 1551. §.* Hierauff ſo ordnen / ꝛc. Attamen juſtitia noſtri Mandati *ad d. §. 35.* ſequentem limitationem addit: Wenn entweder die Supplicanten die Vermuthung vor ſich haben / daß ſie ihre Schrifften ſelbſt verfaſſen können / Ingleichen wenn ſolche von weit entlegenen Orten einlauffen / oder daferne etwa periculum in mora und keine Anzügligkeiten noch ſonſten etwas bedenckliches darinnen enthalten / etc. quod hoc caſu, prævio tamen judicis arbitrio ſupplicationes aliæq; Scripturæ recipiantur. Nam in caſu neceſſitatis ſæpe à Regulis juris aliisq; Conſtitutionibus receditur. Quæritur: *An etiam in inferioribus judiciis ſubſcriptio Concipientium deſideretur?* Et videtur quod ſic: Antea quidem illud parum in inferioribus judiciis obſervatum eſt, nec etiam in *alleg. §. 35. Reſol. Grav.* hoc tàm expreſſe ſancitum, ſed vigore Mandati præſ. juxta verb. Die einkommenden Supplicationes und andere Schrifften nicht alſo ohne Unterſcheid zu verwerffen / ſondern ſolches dem Arbitrio judicis zu überlaſſen ſey / amplius non intermittenda eſt ejusmodi ſubſcriptio Concipientium. Ita in præterito anno Seren. Elector in cauſa D. S. H. zu D. contra J. R. Senatui Dresdenſ. Reſcripſit. Daß ſie vermöge des Neuen Mandats hinführo keine Schrifften ohne des Concipienten Unterſchrifft annehmen ſolten.

Ita vidiſti Anagnoſta Candide, Juſtitiam Mandati Elect. Sax. Nov. leviter àc breviter deſcriptam, incluſus enim peregrinationis cauſâ certo temporis ſpaciolo, dixi non quæ volui, ſed quæ temporis ratio permiſit. Cumq; verear, ne mihi in hac Diſſertatione vulgatum illud objici poſſit; Feſtinans canis cœcos parit catulos; Ego eam ſic ſcriptam cupio ut mihi & emendandi & rejiciendi jus ſemper relinquatur ſalvum ac integrum. Si autem B. L. fortaſſis nec Stylus nec methodus tui erit ſtomachi aut parum tibi placuerit, nec id michi diſplicebit ac bilem turbabit, noſtra enim tota ſcientia eſt nil ſcire, cum DEus ſolus omniſcius & omnia in omnibus. Tibi, Tibi inquam, ô Cuſtos hominum omnipotens, *Hiob. c. 7. v. 20.* gratias ago immortales pro conceſſis animi corporisq; viribus, licet ſentiendo quam dicendo copioſius, & devotiſſimas fundo preces, ut quam hactenus indulſiſti clementiſſime, non deſinas largiri quotidie & veniam & gratiam donec erit in Te Finis. Portum aſpicientes cum navigantibus acclamamus, TERRAM, TERRAM! Ideoq;

*Anchora de prora jacitor, ſtent littore puppes.*

*Cæterùm Benevolus Lector in mea abſentia irrepta errata typographica pro ſua animi bonitate ipſe velim corrigat, antequàm ipſe huic rei, uti animus eſt, manum admovero. Bis placet ſententia Johannis Secerii, qui teſte Camerario dicere ſolitus fuit: Talia errata nihil afferre incommodi poſſe: aut enim leguntur editi libri ab Eruditis & ingenioſis, aut ab ineruditis & inertibus. Iſti facilè animadvertunt iſtos lapſus & ſciunt tollere vitioſa. His ne ſtudioſe quidem edita ſcripta proſunt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0079-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0080-1

ULB Halle 3
003 891 534
f
Sb.
VD17
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0081-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0082-2

B. V.

INAUGURALIS

# TIAM

# DATI

ECTOR. SAXON.

ORGII III.

*ſylvanæ d. 18. Febr.*

*exhibens,*

um

ET INDULTU

*Ctorum* ORDINIS

A ACADEMIA

ERGENSI

# CENTIA

ure ſummos honores

Doctoralia

*ramine*

DI SVEVII,

Curiæ Elect. nec non Conſiſt.

lvoc. Ordin.

*Diſcuſſioni ſubjicit*

RUS Jung-Michel/

il. M. & Jur. Pr.

*Dec. Anno M.DC.XCII.*

*ridiem conſvetis.*

ANUELIS BERGENII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-532721-p0083-8